

cum usus exigit, lanuginē platani impositam fistulæ arundineæ cui geniculi sint „  
adempti: insculpta autem sit, qua parte imponitur: auribus inspirato, statim san- „  
guinis fluorem aufert. Chalcanthum diligenter tritum reponito: in usu rasuram „  
aliquam linteolorū intingens in medicamentū, imponito. Spongiam cruda pice „  
mersam comburito, atq; ex haclinamentum tortile excipiens, imponito. Aliud, „  
Oui putamīnis partem unam, gallæ immaturę tantundem: lœuia tortili linamen- „  
to aqua merso, aut aceto, excipiens imponito, frontem & nasum gypso aut luto si „  
gulari oblinito: aures autem uralidē continere præcipito. Nonnulli spongiam afri „  
canam in aceto acerrimo decoctam, deinde expressam, eiç; lapidem densum, igni „  
tum, circundantes accenderunt, iubentes vaporem attrahere.

*Quæ Andromachus tradiderit.*

Ad sanguinis eruptionē in naribus nihil quidem peculiariter scripsit Andro-  
machus. Quoniam uero ex ijs quæ sanguinem reprimunt, plurima hanc quoq; si-  
stunt, idcirco etiam ego huiusmodi medicamenta ab eo prodita apponam, San- „  
guinem coercens remedium, quo utor. Chalcitidis, mīseos, mannae, singulorū dra- „  
chmæ quatuor; lœuibus utitor. Chalcitidis drachmæ centum, chalcanthi drachmæ „  
quinquaginta, mīseos tosti drachmæ uigintiquinq; æris cremati drachmæ duode- „  
cim semis; lœuibus utitor.

*Sanguinem coercens medicamentum, Megale dictum.*

Mīseos cyprij drachmæ septem, chalcanthi tantundem, piceæ corticis drachmæ „  
quatuor, squamæ æris drachmæ quatuor, manne thuris drachmæ quatuor (alij dra- „  
chmæ quindecim) æris usti drachmæ quindecim, chalcitidis drachmæ quindecim, „  
calcis uiure drachmæ octo (alij quadraginta) gypsī torrefacti drach. quatuor, (alij „  
drachmæ octo) lœuibus utitor.

*Medicamentum sanguinem arcens, Aphrod.e.*

Chalcitidis drachmæ sex, manne thuris drachmæ duæ, resine terebinthine frictæ „  
drachmæ quatuor (alij tres) lœuibus utitor.

## CLAVDII GALENI PERGAMENI DE

C O M P O S I T I O N E M E D I C A M E N T O R V M S E C V N D V M

locos liber quartus, Ioanne Guinterio An-  
dernaco interprete.

*Disciplina affectuum oculis oborientium, inter quos etiam de medicamentis rosiōnis  
experiabus, & emplasticis, alijsq; uniuersis agitur.*



Aud alia sane quædam oculi medicamentorum compositionis methodus est, alia uero usus: ipsa nanc̄ cōpositio ueluti usus respectu efficitur, dum id sp̄c̄tāt qui medicamēta cōficiunt, ut ex usu ipsorum auxilientur. Quemadmodū uero in alijs, ita in his quoq; nōnulli citra distinctionē usus medicamentorum con-  
scripserūt. Exempli gratia [ad dolorē idoneū hoc est] nō adijcien-  
tes præterea in qua dispositione dolore oborto. Quidā etiā dis-  
positiones exposuerūt, alijs experiētiæ magis innitētes, alijs rationi. Experiētiæ qui-  
dem magis acquieuerūt, qui signis euidēter in oculis apparētibus, distinctionē mo-  
liti sunt: rationi uero, qui obscurè aut nequaq; apparētibus. Cōspicue quidē appa-  
ret fluor copiosus & paucus, rosiōnis expers, & rodēs, rubor amplior, aut minor;  
sicut & uenē modici & multi plenē sanguinis; itē inflāmationis tumor minor, aut  
maior: ueluti & uarietates colorū præter naturā: crassior pituita angulis erūpens,  
copiosior aut paucior, aut minor, aut maior. Apparent aut nobis euidenter etiam

\* Vetus addit,  
fanis.

aspreitudines in oculorū palpebris oborientes. Quid opus est dicere, quod ulcera & pustulæ, tum loco, tum magnitudine non parum inter se differunt, aliaq; id genus; Alio aut modo ex his, quæ manifestò apparēt, etiam dolores existunt. Nihil enim refert siue \* nobis, siue laborantibus appareant; etenim quod dolent, & quo modo, constat. Quod em compressione, uel tensione, uel cōstrictione, uel erosione, uel quibusdam pulsibus dolent, palam nobis indicatur: non autem huiusmodi stictiones apparent, sicut nonnulli scribunt, ad defluxionem, quæ ab internis caluariæ partibus suggeritur; ad defluxionē, quæ ab externis prouenit, aut, per Iouē, quæ ab arterijs & uenis deriuatur. Cumq; dicunt aliqui intensionem, aut crassiorū uiscorum ue, uel multorū humorū constrictiōnē in oculorū alto existere, nullū horum accidens adeò laborantes grauat, ut uehemens cuiuscunq; particulę dolor; non enim in solis oculis. Nam quidam mori malint, satius esse ut hoc patientur, arbitrati, quām toto die dolorē sustineant. Ego aut cum in alijs quibusdam, tum me dicatoria methodo manifeſte persecutus sum generatim dispositionum, propter quas uehementer dolent, differentiam, quæq; uniuscuiuscq; causa ipsarum existat, scripta sunt à me etiam in decimotertio medicatoria methodi libro, omnia quæ de oculorum dispositionib; ad curationes ipsarum necessaria medicum scire conve nit. Dicetur etiam nunc summatim, quantum ea ad præsentem disputationē conducant, hoc est, quæ materiarum disciplinæ coniuncta sunt. Etenim liquores, succi, semina, fructus, & stirpium particulae ocularijs facultatibus immittuntur, sicut & ex metallicis dicta non pauca: alia extremè austera, acerba, & acria: alia quidem his moderationi, ueruntamen ualida; sicut & quedam omnis roſionis exper tia lotionib; reddita.

De medicamentis roſionis expertibus.

Pompholyx Iota nullo medicaminū mitissimorum inferior est; ideoq; ipsa uti mur ad tenues acresq; defluxus, capite nimirū unā cū toto corpore prius uacuato. Corpus quidē totum sanguinis dimissione & purgatione uacuari nemo ignorat: caput autem medicamentis quæ per os educunt. Potest enim pompholyx Iota, sicut & spodium, & amyllum, simul quidē humiditates moderatas siccare, simul uero prohibere, ne humiditas superflua, quæ in grandiorib; ipsorum uasis continetur, per tunicas euacuetur. Nam cum quis humoribus in oculos defluentibus, medicamentis utitur quæ obſtruendi uim habent, priusquam caput sit euacuatum dolorem excitabit uehementē, dum tunice distenduntur ob humorū influentium copiam, & nōnunquam rupturam aut erosionem ipsarum molietur. Eiusdem generis est cum prædictis medicamentis, subtenuis ouorum liquor, qui egregie humiditates ablueret, asperata delinere potest; obſtruere autem tenues meatus illis similiiter non potest, sicut neq; siccari. Fœnugræci autem succus, quātum ad uiscositatem attinet, albo ouorum liquamini persimilis est, uī digerente, sicut et mediocri ter calefaciente præditus, eoq; multos dolores mitigate solet.

De acribus.

**Liquores.** Maxime autem cōtraria horum materiæ genere est acrīum liquorū facultas; exempli causa, cyrenēi, medici, sagapenī, euphorbij, & summatim eorum quæ uehementer calefaciūt citra exasperationem: quæ facultas non solum in liquorib; sed in succis, seminib; florib; & stirpium fructib; comprehenditur.

De abſtergentibus.

Tertia à prædictis est ualida facultas medicaminū abſtergētū, cuiusmodi est æris squama, chalcitis usta, æs uistum, sicut & flos ipsius, & misy, & sori, & stimmi.

De exedentibus.

Proximū est his & aliud genus, sordes excernentiū, quale est arsenicum, sandara cha, & alia petræ flos; item misy huius facultatis modicè particeps est. Aliud autē

genus

genus medicamentorum est, quae in oculares facultates induntur, astringere idoneum. Quae igitur moderatè id faciunt, influxus repellunt: quae uehementer, dolorem augent, tunicas exasperando, magis quam influentiū impetū reprimāt. Miseretur aut nonnunquā utiliter ex ipsis paululū medicamentis quae uisum exacutū, contrahendo strīgendoq; oculorū substantiam. Quae modice astringunt, utilissima sunt lippitudinibus: condicunt etiam alijs omnibus dispositionibus ulcerū, pustularū, & fluxionū. Sunt aut huiusmodi, rosarum folia, flores, succus, ericæ fructus, nardi spica, præterea malabathri folium, crocus, lycium, & hypocistis dicta. Vehementioris quam haec astrictionis sunt acacia & omphacium, quae ex genere succorum & ipsa existunt. Iam balaustium, mali punici flos, & gallæ immaturæ, generis sunt eorum quae ualide astringunt.

## De concoquentibus.

Quae inflammationes, aliasq; dispositiones cōcoquunt medicamenta, sunt myrra, crocus, castoreū, thus, fœnugræci decocti succus: quae etiam digerere possunt, præsertim myrrha. Talis sanè est oculariū materia. At qui natura prudentes existunt, & exercitati ratione, nihil præterea disciplina mea indigent, cum ipsis ad singulos oculorum affectus, idoneū possint componere medicamentū. Quoniā uero pauci tales existunt, & multorū utilitatem respicere oportet, satius uisum mihi est, sermonem de ipsis compositione integrè persequi, repetita prius compendijs 20 gratia medicamentorum cōmuni genere, singulorū, quorū memini, facultate: quae quidem summatim in quinto simpliciū medicaminū operis cōmentario comprehensa est, subseqūtibus autem sex libris usq; ad extremū particulatim explicata. Utar autem facultatū, quę medicaminibus insunt, appellationibus, quas in prædicto opere perspicuitatis gratia proposui: quedā sanè esse dicens terrestria substantijs citra manifestam frigiditatē, aut caliditatem, sed in medio quodāmodo horum constituta: atq; ex his ipsis nōnulla modica frigiditate, aut caliditate prædita; nonnulla uero proorsus nullam eiusmodi uim repræsentantia. Totum autē genus ipsum emplasticorū, hoc est, quae infarciri possunt, medicaminū, nominauit, contraria uim ijs quae aperiunt referantq; obtinetū: qualis est famius aster, tenuiorū 30 partium, quam quae simplex ita dicitur, terra famia: item elota pompholyx, sicut & cīnis ipsis elota, et cadmia usta, lotaç. Videtur aut mihi etiam exiguum quādam abstergendi uim ei inesse, siue post ustionē, siue sine hac lauetur: pompholygi uero & spodio, paruam quandam astrictoriā, ueluti etiam plumbo post ustionē, lotionemq;. Quinetiam hoc medicamē omni roſione caret, sed nonnihil astrictio nis obtinet. Siue autē masculino genere, siue foeminino pompholyge uelis appellare, nihil interest. Quemadmodū & amyli, quod & ipsum exacte lotū, omnino roſionis expers est, & medium, ut neq; adastrictionem habeat, neq; acrimoniam, hoc est, neq; frigiditatis, neq; caliditatis particeps. Iam uero ceruſſa lota proximè uiribus plumbi uisti lotiq; respondet, manifestumq; ex adastrictione ostendit indiciū, Ceruſſa. 40 omnino qualitatis expers, ut gustu, olfactuq; amylum & famius aster uideatur. Totum igitur huiusmodi medicamentorū genus, siue exigua gustu, aut odoratu qualitatē ostendat, siue nullā proorsus representet, purissimis aquis similiter aperion, hoc est, qualitatis expers appellatur, ac sola terrestri substantiæ parte siccare mediocriter potest: quare etiam longiore spatio auxiliū, quod ab ipso prouenit, sensibile reddit, cum primis diebus nihil iuuissē uidebatur. Adhibetur tamen à medicis ceu omnino roſionis expertia in dispositionibus curatu difficultibus, in quibus ulcus est, uel solum, uel cum erosione, & tunicae cornu speciem imitantis, & eius que acinum representat, rhagoidis dicitur procidentia, sanie mordacissima effluente. In his enim nullū aliud medicamen cōuenire potest, dum astringentia quidem sanie effluentē retinent, & hac ratione dolorē, qui ex ipsis morsu cōciliatur, intendūt;

acria uero dispositionem adaugent, siue in oculis solis fuerit, in eiusmodi malum habitum particulis prolapsis, ut id quod influit, corruptant; siue etiam id ipsum quod influit uitiosum existat, aut solius capitis, aut etiam totius corporis uitio tale subsistens; unde & affectam particulam ad curationem idoneam reddimus, & totius corporis purgationibus & reuulsionibus: primū quidem per inferiora corporis, deinde & ijs quae ad occipitum capitisq; cutem accōmodantur. Ceterum utimur nonnunquam arteriaē incisionib; posteriores capitis circa aures positas arterias diuidentes, prēcidentesq; particulam ex ijs quae tempora intercurrunt, ut postea nos solam in oculorū tunicis generata dispositionē curemus: à qua etiam sanguis probus, qui per uenas ad ipsas deriuatur, corrūpit. Itaq; aduersus has dispositiones solas prius cōprehensorum medicamētū genus congruere uidetur, quod citra rationem malum in affecta particula humorem desiccat, qui, ut dixi, id quod influit, forte, & corrumpit. Etenim adstringentiū facultas † neq; siccet huiusmodi dispositionem, & mordacis sanie affluxū cohabet. Calidorū uero & acrium nō solum nihil iuvat, sed etiam mordacium humorum qualitatem auget. At laxantium digerentiumq; medicamētū uis euacuare quidem potest, quod generatur: non autem id quod ulceratum est, instaurare, aut cicatricem inducere, neq; prolapsum reprimere & concludere: sicut nec concoquentium facultas; et si dispositiones concoquere non mediocre bonum sit. Est autem crocus, ut dixi, myrrha & thus ex huiusmodi medicamentis. Quid opus est dicere adhuc de medicamentis, quae acidas, aut amaras obtinent facultates, quomodo rodant, talesq; dispositiones exacuant? Plus autem militiae referunt quae nitrosam, aut falsam, aut austera uim possident. Reliquū igitur est genus, quod ulcera cū acri fluxione curare potest, ex medicamentis rosionis expertibus, quae recensū nuper, longiori temporis spatio uitiosum affecti humorē consumentia. Vocātur à medicis huiusmodi collyria, Libania, & Cygni, propter colorem quidem album, ut sunt olores, superante in ipsis amylo, terra samia, & cereussa rhodiaca. Etenim optima hæc est, & colore albidior, leuior, & tenuiorū partium, ijs quae alibi nascuntur. In quibus aut alia medicamenta præpollent, colorem secundum suam ipsius substantiam efficiunt: quemadmodum si quis albo colori cærulei tantillum misceat. Ceterum hæc collyria ideo nonnulli cotibus cōterunt, ex mamillis lac boni succi instillantes, eò quod ouorum uim emplasticam seruare cupiunt. Cum autem in lacte quiddam serosum abstergens contineatur, moderatus ipsius usus fit in proposita curatione. Nam ostensa sunt in tertio medicatoriae methodi libro, ulcera ut repleātur, abstergorū quae non rodunt, indigere. Verum si lac tale desideretur, præstat ex foenugræci decocto collyria conterere, cum id etiā aliquid abstergorū habeat, quod neutiquam ouis inest.

#### De scabritie.

Cum autem enumeratae dispositiones ad curandum sint contumaces, plus facessunt negotij, difficilioresq; redduntur, scabritijs palpebrarū superuenientibus, à quibus etiam in lippitudinibus tunicae oculorum dolent laborantes: sed in illis quidē proprijs inflammationi medicamētū audemus exiguū quiddam ex abstergorū miscere: quale est collyriū ad scabritiem aptum, quod ex uino præparat, ut primū quæ palpebris succreuerūt, reprimat: ubi uero inflammatione minus infestantur oculi, asperitatem exterat. At in ijs quae ulcus cum fluxione mordaci exterrunt, non licet tali uti medicamento; siquidem membrana cornea magis erodeatur, & illius, quae acinum repræsentat, procidentia erit amplior, & dolor uehemens hominem inuadet: intendetur etiam fluxio maligna. Adducti igitur in duibium medici, quid in huiusmodi affectuum implexu faciant, solum adiuuenerūt auxiliū, ceu aliud facere nesciētes, inuertēdo palpebras, abstergere ipsas et sine medicamentis expolire. Nonnulli uero ipsa auersa scalpellī parte per summa deradūt: deinde

deinde spongia molli, id quod effluit, excipiunt, repelluntq; palpebras, reliquum asperitatis auferentes. Nonnulli pelles marinorum animalium quorundam in superficie asperas mediocriter, in huiusmodi usum assumunt. Vnus quidam ex meis preceptoribus collyrium fecit ex pumice, et asperitates abstergebat, palpebras invertens. Constat autem omnibus pumicem exacte tritum esse oportere: & ubi hoc peractum fuerit, ex tragacantho, aut gummi figurari collyrium. Vbi temporis spatium fluxio per dicta collyria cessauerit, audemus iam abstersionia medicamenta palpebris adhibere, miscentes pauxillum aliquid ex ipsis per initia: deinde si hoc ferre homo uideatur, paulatim adaugentes. Postquam uero fluxio siccata fuerit, & palpebrae mediocriter habent repletionem cauorum ulcerum, collyrio ex thure molimur, miscentes ei initio quidem pauxillulū eius, quod ex uino preparatur. Paulatim uero misturam augentes, ut palpebrae non amplius tunicis oculorum facescant negotium, ulceraq; exacte pura reddita impleantur, & cicatrice obducantur. De his igitur abunde dictum est. Iam uero ad reliquos oculorum affectus & medicamenta digredi tempestuum est.

## De lippitudine.

Auspicio autem ab affectu, qui creberime oculis obuenit, quem proprię lippitudinem appellat. Est autem, ut didicistis, inflammatio tunicae, uel membranæ, uel quomodo cumq; appellare liber, quæ, quod os caluarię ambit, periositos & periocranios græcè dicitur. Vocant autem hanc ipsam adnatam, eo quod alijs, quæ oculum ipsum constituant, tunicis extrinsecus obnascitur, ligamentū existens & ipsa toti oculi ad ossa circūiacentia: ideoq; ambiētes oculorū partes usq; ad mala non nunquā in uehemetioribus lippitudinibus simul attolluntur. Constat igitur medicamenta quæ tali affectui medent, subiici prorsus oportere cōmuni omniū inflammationē experiuntū curationi. Mentre uero adhibere conuenit etiā partis nature, quæ supra omnē totius corporis cutē facillime patitur, tum propter sensus promptitudinē, tum propter substantiæ raritatem. Cæterū repellentia medicamenta ad hiberi debent, quæ non exasperent, hoc est, non uralidam habeat astrictionem, sed moderationia quidem ipsa peculiari substantiæ: mixtura autem mitigatorie humiditatis, multo etiam magis eiusmodi reddita. Mitigatorias autem humiditates dixi, ouī albumen, & fœnugræci decoctū, præterea etiam lac. Verum prospicere cōuenit, ut hoc iuuencule simul & boni succi mulieris existat, mamillis supra cotem expressis, in qua collyriū conteritur, ut tepidū adhuc oculis infundatur. Verū hoc in uehemeter dolentibus, aut propter inflammationis magnitudinē, aut propter humorum influentium acrimoniam, facere cogimur. Magna autem ex parte sufficit albumen ouī, cū idoneis medicamentis lippitudines curare per collyria, quæ, quod uno die liberant, monohemera dicuntur: sic enim non raro hæc magnas inflammationes lenierunt, ut ad uerserā quidem homo balneo uteretur, sequenti die nardino collyrio dicto ad instaurationē corroborationemq; sublineret. At primo illitu ad miscere ei pauxillum quiddam ex acribus & reprimentibus oportet, secundo autem paulo hoc amplius: abunde enim est bis medicamentū applicasse, & modice ante balneum obambulare. Quæ igitur monohemera dicuntur collyria, nonnulla sanè peculiari nomine Trygode dicta, multum habent acaciæ: quedam uel omnino parum, uel prorsus nihil continentia, squamam æris assumpserunt: quedam æs combustum modicū, unā cum alijs multis quæ mediocriter astringunt, coquunt, & digerunt: id genus est crocus, myrrha, lycium indicum, castoreum, & thus: sine adstrictione coquunt simul & discutiunt. In quibus igitur astringentia prepollent, copiosissimum quidem humorē ipsius esse conuenit, minimum autem medicamenti, & præsertim si habeat aliquid metallicū medicamentum. In quibuscumq; aut crocus, myrrha, castoreū, thus, & lycium superant, multo crassiore utendum est medicamento;

necnon fotu omnino in ipsis per spongiam, modicè quidem dolentibus semel aut bis die: si uehementius crucientur, præstat ter, quater, & saepe uti, præsertim in longis diebus aestiuis. Aut fotus ex decocto meliloti & fœnugræci accommodet, Itaq; de lippitudine abunde satis disputatum est, de ulceribus deinceps tractabo.

*De oculorum ulceribus.*

Indigent haec quoq; eadem secundum genus curatione, cum alijs ulceribus, quæ copiosissime in tertio quartoq; medicatoriæ methodi libro sum persecutus. Cæ-

*Natura particu* rum propter particulæ naturam, medicamenta ab omni rosiōne seu morsu aliena Le non parum in adhiberi oportet: inter quæ dixi esse, quod ex pompholyge lota conficitur. Iam dicat.

uero & succi quidā ipsis miscentur, nō solum rosiōnis expertes omnino, sed etiam qui uehementissimos lenire dolores possint, sicut mandragoræ succus. Nonnulli

uero et polygoni succum contemperarunt: sicut alijs ipsorum, ouï albumen. Con-

stat autem omnibus talia medicamenta, quum propè est ut formentur, misceri, eo quod citò aescunt: eodem tempore etiā rosarū succus additur. Proprie uero oculorum ulcerum materia & ipsa huc spectat, sicut omnes norunt, ut ulcus purum conseruet, tanquam natura particularum, & replete & cicatrice ipsum obducatur,

*In tertio me* thodi. sicut in alijs ulceribus prædictum est. Quod si igitur inflammatio adhuc oculum infestet, aut etiam dolor aliquis, collyria ex thure & lotis metallicis, succisq; rosiōnis expertibus, admouentur. Cum sordida ex hoc usu fiunt ulcera, misceri aliquid oportet absteriorum, quale est paccianū, crocodes ex uino quo utimur, admisen tes pauxillum ipsius prædictis medicaminib; Cæterum hoc copiosissimum crocum habet, unde etiam crocodes nominatur. Mixta ei sunt etiam abstergentium metallicorum nonnulla, quare aspredines quoq; tollit, non modo exigua, sed & magnas, quas sycoseis appellat: pterygia uero extenuat. De huiusmodi igitur me-

*Ulcera ex ro* sione. dicamentis paulò posterius tractabo. At ulcera quæ ex erosione tunice corneę ob oriuntur, ut nonnihil etiam membranę rhagoidis procidat, quod & haec tum propter se, tum propter id quod procidit, repellentia astringentiaq; desiderent medicamenta, cuius liquere arbitror. Tentandum uero in ipsis est deligere, quæ nullam asperitatem pariunt. Contraria his remedia, quod est, digerentia, pusula requirunt, necnon pus quod intra corneam membranam nonnunquam genera-

tur. Itaq; recentia et adhuc inflammatione pressa, medicamentis ex myrrha, thure, & croco eliduntur: uetus tiora, etiam digerentium aliquid assumunt, sicut & tunicarum inflammations in scirrum indurentes: in ijs enim etiam ex acribus li-

quoribus medicamenta hec probantur in collyriorum speciem conformata: & fa-

cultates liquidæ, quæ propriè à medicis, ab eo quod illinuntur, enchristæ appellan-

tur, quales & incipientibus suffusionib; præparant. In pterygio autem & sycose, ut dixi, abstergentia medicamina applicantur, quædam collyriorum specie figu-

rita, quædam licca citra formationem, quibus aliqui exiguum quiddam ex medi-

*Ad scabiosas dif* camentis exedentibus miscuerunt. His proxima sunt quæ scabiosas palpebrarum positiones.

dispositiones curant, atq; idcirco à scabie, psorica nuncupantur. Omnia ipsorum

ualidissima sunt, & quæ ueteres callos consumunt, & quæ pterygia curant, ex me-

dicamentis tum absteriorijs, tum exedentibus compolita. Ac cum iam ego prope

omnes oculorum affectus, & medicamina generatim exposuerim, dixerimq; me-

dicamenta generalia rosiōnis expertia, qualia ex lotis metallicis componi docebā,

satiis esse uidetur & aliorum ocularium medicaminum facultates persequi: hinc

enim ad componentum promptiores fore, & ad iudicandum iam cōpolita acrio-

res, eos quæ in ipsis sunt exercitati, existimo. Cum igitur maxime lenia sint quæ su-

perius enumerauit: item tria liquida rosiōne careant, quorum aliud fœnugræci de-

coctum erat, aliud lac, aliud tenuis ouï liquor: in horū genere putabis esse & gum-

mi & tragacanthum; & nisi prædicta tria promptè possint et cōparari & in usum.

ut tribus

duci, macerantes momētum gummi, aut tragacanthi in aqua multa, similiter his, ut tribus illis uteatur, ex ipsisq; collyriis supra medicinalem cotem conteremus, & sola horum infusione sanies in oculis affectis creatas eluemus. Quin & nunc ipsis in omnibus propè collyriis uteatur: nam præterquam in paucis, omnia ubi laevigata fuerint excipiuntur his medicamentis, mediocriter macerata. Vnum sanè hoc genus numeremus ocularium medicamīnum ex tribus liquidis, tragacātho, gummi & elotis metallicis. Alterum deinde, quod exigūa rosionem obtinet, ex mistura quadam modicè astringentium, aut abstergentium, cuiusmodi medicamenta sunt rosae & thus: quum rosae quidem exigua habeant adstrictionem, thus autē modicam abstergendū uim. Idem uero calidum cum sit mediocriter facultate, ideo quoq; cōcoquendī uim aliquam et doloris leniendi occupat. Eiusdem generis concoquendo, digerendoq; modicè, crocum & myrrham esse arbitramur. Hoc autē inuicem differunt, quod ille quidem mediocriter adstringit, hæc citra astrictionē, non ignauiter humiditates & discutit & desiccatur. Generosiora hæc uiribus sunt thure, atq; idcirco etiam magis digerunt. Quæ autem abstorsoriam uim non habent, ad ulcerum curationem thure inferiora sunt. Huius medicaminū generis, dico autem concoctorij & digerentis, etiam lycium est & castoreum. Porro constat omnibus, quod lycium indicū dicam, non hoc quod apud nostras gentes nascitur. Horum facultati accedit & sarcocolla dicta, medicamentum concoquens & digerens. Hac magis adhuc galbanum, prædictas vires obtinet; uerum decoctum meli loti præter uim concoquendī nonnullam quoq; astrictoriam sortitum est, similis croco generis existens. Inditur autem in facultates oculares etiam lapis qui dicitur hæmatites, siccandi humores facultate præditus: sicut & cadmia; sed mitius est ea medicamentum lapis, ut qui ex humida substantia, non terrestri, quemadmodum cadmia, originem habuerit; indicat enim ipsius naturam talem, quod super cotem medicinalē in succum resoluitur, cum liquore quodam tritus, & per se citra liquorem si cōteratur, non in terrestria fragmenta cōminuitur, ut cadmia, sed in corpus similare, et sui continuum. Respondet ei & lapis qui schistus dicitur, facultate ualidior. St̄immi autē quod dicitur aplyton, hoc est, illotum, ualidam refert uim astrictoriam: elotum uero dissoluitur, ut ferè ad naturam accedat medicamenti rosionis expertis. Validioris potentiae abstorsorie est æs crematū, ipsius squama & flos. Non minus efficax, sed minus mordax est chalcitis cōbusta. Si uero etiam hælauentur, abstorsoria quidem adhuc permanent, uerum tanto imbecilliora functionibus, quanto etiam minus rodentia euadunt. Huius generis est & misy, & æruago, medicamenta ualidissima, si ijs que ad sycosin & callum conueniunt, misceantur. Nonnulli ipsis adiecerunt etiam gallam, medicamentum uehementer adstringens: sicut nonnulli omnium horum ualidissimum & astrictione & acrimonia, quod neutro genere chalcanthū dicitur, uel, ut quidam uolunt, masculino aut fœminino chalcanthos. Notū uero est omnibus, & ustum et lotum multo reddi moderatius. Huius materiæ est et stomomatis squama. At thuris cortex astringit qui dem et ipse non ignauiter, uerum multo prædictis omnibus inferior est. Quinetiā misy dictum, cum ad easdem dispositiones, tum etiam ad scabiosas palpebras, qui dam collyriis miscuerūt. Quia uero & thuris mannae aliqui meminerūt, uideturq; nonnullis nihil à thure laevigato differre, sciendum uenit, quod proprie mannam uocant, micas thuris ex magnis fasciculis concussu elisas. Nam fragmēta quædam exigua corticis thuris ei inherescunt, ut eiusmodi medicamentum à thure differat, eo quod exigūa quiddam astrictionis assumpserit. Quæ igitur adstringentia admodum terrestria substantia sunt, aspredines, sycoses & callos elidunt: quæ uero succorum genere comprehenduntur, ueluti omphacium & hypocistis, eluuntur facile inter ungendū, eo quod effluant cum lachrymis. Huius notæ est & glauciū

Manna thuris  
quid.

& acacia. Porro cerui cornu combustum, sicut & caprillum, citra rosionem abstergit. Cæterum dictum à me est, & thus ex hoc genere esse: uerum id, sicut comprehensum est, minime uirtutis astrictoriae particeps est, ad leniendū dolorem & coquendum idoneum. Cornua prædictorum animalium abstersoria quidem sunt, nullam uero uel dolorem leniendi, uel concoquendi uim obtinent, frigidis siccisq; temperaturis prædita. Iam & armenium dictum, ueluti & quod indicum nominatur, atramentū, abstersorium quiddam habet, atq; eapropter ulceribus quæ inflammatione carent, citra molestiam adhærescit. Aloë mixta est facultatis, ueluti & rosa: habet etenim quiddam etiam amarum, abstergere idoneum: habet et astritorum quiddam, ut contrahere ulcera, & cicatrice obducere possit.

*Quæ ad scabiosas dispositiones conueniant.*

Inter medicamina, quæ ad scabiosas palpebrarum dispositiones congruunt, saies habetur ammoniaci, & lapis alius, tum ipse, tum ipsius flos, & quod psoricum uocatur, non simplex, necq; sua sponte proueniens, sed confectionē quandam habens, quam Dioscorides quoq; conscripsit, alijsq; propè omnes, qui de materia medicinali tradiderunt. Admiseretur his misy combustum, sandaracha, & quod à uetus Græcis arrhenicon, ab huius ætatis hominibus arsenicum, hoc est, auripigmentū dicitur. Ex aromaticis medicaminibus casiam, malabathri folium, amomum & cinamomum, nonnulli ocularijs facultatibus iniecerunt: digerente quidem ui constans cinamomum, alia uero etiam astrictione participant. At communiter de omnibus abstersorijs medicamentis sciendum est, quæ mediocria sunt, & quæ sycozes & callos exterunt, hæc omnia etiam ad crassas cicatrices conuenire; quippe crassitiem ipsarum extenuant, & substantiæ superficiem abstergunt.

*Quæ scirrho induratis auxilientur.*

Facultates quæ ad tunicas scirrho induratas conueniunt, ut prius etiam expostum est, & ex liquoribus, & gutta ammoniaci componuntur: ita ut ipsis miscentur etiam moderatiora quædam, non autem uirtuti renitentia, scilicet, myrrha, thus, galbanum, atq; id genus alia.

*Quæ ad suffusos congruant.*

Ad suffusos nonnullæ à medicis facultates ex liquidis medicamentis compo sitæ sunt: prima ferè omnium, quæ foeniculi succo, hyænæ felle, & melle attico constant: alijs etiam caprillo felle conficiunt: post hæc aliud fel miscuit, hic galli, ille uiperæ, quidam marinæ testudinis, quidam piscis callionymi: nunc autem celebre est medicamentum, quod scari felle præparatur, quemadmodum & quod ex myrrha stillatitia. Hæc igitur omnia magna quidem promittunt; opus autem eorum interim quidem nullum, interim uralde exiguum appetit.

*De medicamentis siccis ad oculos utilibus.*

Ex superiori materia medici arida composuerūt remedia, quæ ab ipsis peculia riter xerocollyria appellatur. Quædam sane callos, sycozes, encanthidas, & unguies abolent: quædam scabiosis palpebris conueniunt, & milphos, hoc est, palpebrae pilorum defluvia adiuuant, ab acribus collyrijs diuersam uim obtinentia: quocirca etiam à nonnullis medicis uocantur, quod lachrymas repellant, apodacryta, & repercutientia, sicut & ipsa collyria. At horum ipsorum plurima etiam hebetudine uisus laborantibus senij uitio, aut humorum oculi crassitie, aut frigiditatis, aut etiam caliginosi spiritus superflui, non mediocriter opitulantur. Nonnulla vero ex siccis medicamentis affectum in ipsis radices agere prohibent, dum humorū scilicet abigunt influxus, ex quibus oculi male solent affici. Præstantissimum autem eorum apparuit experientia probatū, quod ego composui, & præterea apud multos in usu est, in omnibus ferè nationibus quibus Romanī imperant: ac primum ipsius confectionem tradam, melius esse existimās neutiquam affectibus corripī;

quam

quām generatis probē mederi. Quia uero Asclepiades plurimam, optimamq; sic corum & humidorum, collyriorumq; materiam conscripsit, auspicatus primum à siccis, mihi quoque uisum est ita facere, simili scripturæ ordine uso, ut postquam meum siccum ascripsero, deinde omnia ab Asclepiade in primo libro exteriorū, quem Marcellas inscribit, enarrata enumerabo. Ac post hæc quām Asclepiades cataplasma oculis idonea, agglutinamenta, & quādam quæ illini possunt medi camina cōmemorauerit, satius esse mihi uidetur illorum quoque scripturæ ordine seruato, ita ad collyriorum liquidorumq; medicaminū seriem peruenire, omnia apponendo, ut Asclepiades interpretatus est, ipsiusmet uerbis.

*Medicamentum à me ad oculorum sanitatem compositum, siccum.*

Vtilissimum sanis oculis, quò ab iniurijs uindicentur, ego composui medicamentum, quod iam omnes Romę habent. Vritur enim lapis phrygius in minuta <sup>Gleba pumico & sa, quam Plinius</sup> confractus, ut maior sit nuce auellana, quam Græci caryon ponticam, alijs leptocaryon appellant, hoc pacto quo etiam alia comburo. In ollam recentem iniicio, deinde extrinsecus lutum circulino, imponoq; operculum perforatū, uel in solo uer tice, uel, quod melius est, etiam in alijs partibus pluribus, ut fuliginosi fumosici eo rum quę uruntur effluxus facile per ea efferant. Vbi iam lapis totus ignitus evase rit, tunc oportet ex olla in uas quoddam purum traducto, butyrum superfundere non uetus, agitando lapidis combusti particulas: idq; faciendum est, usq; dum omnalia restinguantur, atq; tunc cessandum: ac sic rursus in ollam coniçentes ipsas ure re, iterum carbonibus perustis imposta, ut nihil fumidum habeat. Euentilare aut hos oportet, quo citius combustio absoluatur: simulatq; lapides euaserint igniti, & non amplius ulla fuligo emergit, effundentes rursus ipsos restinguere oportet uino falerno, aut quodā rubido odoroq;, quale Tmolites, Ariusium, Lesbiumq;, deinde rursus in ollam coniçientes tertio urere: ac ubi ignitus lapis euaserit, iterum melle attico non copioso restinguere: fiet enim non aridum medicamentum, sed uiscosum cuiusdam particeps. Sint autem pluribus ante diebus ad amissim laevigata, quæ inferius scribam, ut in pollinem redigantur. Aeris combusti uncia una, quod est drachmæ octo, piperis albi tantudem, folij malabathri tantudem, stimulos sesquialterum, quod est drachmæ duodecim: his lapidis cremati librā unam misceto, ac ubi omnia pulchre laevigata fuerint, & medicamentum excepturus sis, syriaci opobalsami sesquiunciam adiungito, quod est ipsorum totum drachmæ duodecim. Sit opobalsamum tenue & perspicuum substantia, nō crassum, quemadmodum consuevit in uasis ad fundum effici: prohibebit enim quod sic crassum est, siccum fieri medicamentum. Cæterum utendum eo est palpebris solis inducendo scalpellum, ita ut ipsæ tunicae oculi non attingantur. Magna igitur ex parte sufficit solis inferioribus palpebris specillum inducere: nihil autem uetat etiam superiores similiter oblinere, cum maior usus medicamenti fuerit, hoc est, cum iam oculus manifestò perturbationem quandam experitur. Non tamen differendum est hoc facere, uerum simulatque affectum perceperit, quolibet diei tempore utendum, etiam si iam biberit aliquis & cibum assumperit: ac saepè utendum est medicamento, cura adhibita, ut saepè dixi, ne tunicae attingantur. Cæterum qui sublinnitur, eum apertas præbere palpebras oportet, ac ubi subunctus fuerit, non connuere ipsis. Hoc sane ego composui medicamentum, non permittens lippitudinē oboriri, si recte eo utaris: deinceps enumerabo, quæ ad dispositiones conueniant, ab ijs quæ Asclepiades tradidit exorsus.

*Quæ Asclepiades tradidit siccæ ad oculos.*

In primo exteriorum, quæ Marcellas inscribit, ad uerbum hæc habentur. Sic cum ex Heraclidis psoriciis, ad erosos angulos. Spodijs cyprij drachmæ quatuor, omphacij siccæ drachmæ duæ, nardi obolitres, piperis fricti grana quindecim:

» lauisbus utitor. Psoricum Aelij. Cadmiae drachmæ quatuor, æris usti drachmæ duæ; terito ex aceto in sole, siccata dissolutaçç excipiens utitor. Aliud. Cadmiae, » æris usti, nardi indicis singulorum drachma una, piperis fricti oboli duo; laui- » bus utitor, ut efficaci medicamento. Aliud. Chalcitidis partes duæ, cadmiae » pars una, contusa cibrataçç terito in sole, uini adjiciens quod sufficit; deinde sica- » ta, dissolutaçç excipiens utitor. Ex scriptis Philoxenii siccum Acharion. Cadmiae » drachmæ due, chalcitidis drachmæ octo, aloës oboli duo, æruginis totidem, pipe- » ris grana decem, rosarum floris drachma una: lauisbus utitor.

Eiusdem ad aridam lippitudinem, sicum, putredinem, & carnis excrescentiam.

» Cadmiae drachmæ decem, chalcitidis drachmæ octo, piperis grana quindecim, 10 » nardi gallici drachma una: cadmiam & chalcitidem ex uino terito, & cum siccata » fuerint, nardum & piper adjicito, ac in pollinem redactis utitor. Aliud. Cadmiae » drachmæ uiginti, chalcitidis drachmæ quadraginta, nardi indicis drachmæ duæ, my- » rhæ torrefactæ tantundem, piperis grana xxxv. præparantur ex aceto acerrimo.

Capitonis ad aridam lippitudinem, humentes oculos, erosos angulos, & palpebras etiam fico obnoxias.

» Cadmiam cypriam comminuimus, ut farinæ habeat magnitudinem, deinde at » tico melle conspersam in uas fictile coniçimus; huius ore obstricto, & argilla cir- » cunlito, foramen per oris medium facimus, ut quod torretur, perspiratum ha- » beat: ipsum autem uas rectum inter carbones collocatum suburimus: ubi ignitum » euaserit, animum aduertimus uaporibus qui per foramen efferuntur, & si nigrio- » res erumpant, adhuc urimus; ubi autem albiores, satis tostum esse arbitrati, uas tol- » limus, & tegmine ablato cadmia uino Italico extinguiimus, in pilamq; demissam » terimus, siccataq; ad medicamenti confectionem reponimus. Habet autem hoc » modo: Cadmiae, æris usti, stimmis, singulorum drachmæ octo: contritis exceptisq; » utitor, nucleo specilli palpebras inuertens manè & uesperi. Aliud. Cadmiae usta, » ut prædictum est, drachmæ octo, æris cremati totidem, stimmios drach. quatuor, » armenijs drachmæ duæ, tritis exceptisq; utitor: nos cadmiam & reliqua adipe uipe- » rino conspersa torrefecimus, deinde uino restinctis lauigatisq; usi sumus.

Medicamentum ex lapide hæmatite Capitonis ocularij, ad palpebras scabiosas accommodatum. 30

» Cadmiae cypriae drachmæ uigintiquatuor, lapidis hæmatitis drachmæ sex (in » alio legitur sedecim) æris cremati drachmæ uigintiquatuor; arida contunduntur, » ut farinæ habeant magnitudinem, & melle consperguntur, torrenturq; ut prædi- » ctum est, & uino restinguuntur, siccata lauigantur: usus indicatus est. Aliud. Ca- » dmiae drachmæ uiginti, æris usti drachma decem, lapidis hæmatitis totidem, flo- » corum purpuræ laconicæ drachmæ octo: melle conspersa ustaque in prædictum » dum componito.

Sofandri ad palpebrae pilorum defluvia, & dispositiones inueteratas: facit etiam ad encanthidas.

» Cadmiae, stimmios, chalcitidis crudæ, misyos xenici, singulorum drachmæ octo: 40 » contusa & melle conspersa torrentur, ut indicatum est; deinde uino macerata laui- » gataq; & siccata in usum conduntur. Aliud. Chalcitidis crudeles, cadmiae, stimmios, » misyos xenici, singulorum drachmæ octo, nardi indicis drachmæ duæ, croci torre- » facti tantundem, piperis drachma una: metallica melle consperguntur, urunturq; » modo prædicto, deinde uino restinguuntur, lauiganturq; his superiniecitur nardi » num crociumq; & torrefactum piper, deinde unà lauigatis exceptisq; utemur.

Medicamentum quod pulchras palpebras efficiat, calliblepharon à Græcis dicitur:

facit etiam ad inueteratas lippitudines.

» Stimmios usti & uino restincti drachmæ sedecim, plumbi cremati lotiq; dra- » chmæ octo, fuliginis thuris, spicæ nardi, myrræ torrefactæ, croci, squame æris, sin- » gulorum

gulorum drachma una: omnibus lœuigatis exceptisq; utitor. Aliud diacrocum id est, ex croco. Croci, glaucij, sarcocolla, singulorum unciam unam: ego etiam opij unciam adijsiebam. Aliud Seuerianum. Cadmiae usitae lotæq; drachme duæ, salis ammoniaci, piperis albi, singulorum uncia duæ, folij drachme duæ: lœuigatis diliger ter utitor. Aliud admodum utile infantibus. Stimmios drachme sedecim, plumbi drachma octo, squamæ, croci, rosarii floris, myrrhae, nardi indicæ, thuris masculi, piperis albi, singulorum drachma una, palmularum ossa decem: omnia in uas fistile coniecta, studiose torreto, deinde in pilam trans fusis tritisq; opobalsami co chlearia duo adijsiuntur, deinde iterum contusis siccatisq; utitor.

Siccum Philoxeni, ad pruriginosos oculorum angulos, erososq; facit etiam ad lippitudinem.

Cadmiæ drachmæ quatuor, salis ammoniaci drachme duæ, piperis albi drachma una; lœuibus utitor: hæc ita præparans. \* Cadmiae drachmæ octo, croci dra chmæ duæ, piperis albi drachma una, salis ammoniaci drachmæ duæ, nardi indicæ drachma una.

**Hogra**, hoc est liquida, ocularia ad ficos, is excrescentias, omnisq; carnis excessum: facit etiam ad angulorum fistulas, que dicuntur encanthides: item ad lippitudines incipientes, quo usus est Philippus in Cæsaria.

Misyos tosti drachmæ octo, myrrhae drachmæ quatuor, cadmiae drachmæ octo, croci drachmæ duæ, salis ammoniaci drachmæ duæ, nardi indice, piperis albi, singulorum drachma una, mellis attici cyathus unus. Aliud. Misyos tosti drach. sex, chalcathi drach. iiii. myrrhae totidæ, æris usit. drach. una, mellis attici cyathi decem.

Panchrytos, hoc est, omnino aurea, Erasistrati, ad apretudinem omnemq; lippitudinem, aures purulentas, ulcera, que ægre ad cicatricem uenient, & oris nomas.

Aeris usit. drachmæ duæ, myrrhae drachma una, piperis oboli duo, misyos tosti drachma una, croci oboli tres, uini chij hemina una, passi cretici heminæ dimidiū, sicca teruntur uino adiecto: & ubi cōbiberint, passum additur, rursusq; tusa in uas æreum tranfunduntur, coquunturq; igne lento, deinde ærea pyxide reponuntur.

Ad callos & omne tuberculum.

Aeris usit. drachmæ duæ, misyos cōbusti drachma una, myrrhae drachma una, croci drachma una, omphaci drachma una, uini chij cyathi duo, mellis Attici se libra: utitor.

Philoxeni Hygra, ab aciendo usu oxyderice dicitur, cicatrices & callos exterit.

Guttæ ammoniaci drachmæ quatuor, æruginis drachmæ duæ: uino soluta contritaq; melle Attico excipito. Aliud. Guttæ ammoniaci drachmæ duodecim, æruginis drachmæ sex, myrrhae drachmæ duæ: componito ut prædictum est. Aliud. Phædri Rhinion. Ammoniaci thymiamatis drach. quatuor, æruginis drachma una, alcyonij torrefacti drachma una, lapidis asij floris oboli tres: coponito acutitor in modum prædictum. Aliud. Ammoniaci thymiamatis drachmæ octo, æruginis tantundem, lapidis asij floris drachmæ duæ, alcyonij drachma una, oboli duo, opij sesquidrachma, myrrhae tantundem: componito & utitor modo prædicto.

Aegyptij, ad callos & albugines, auferit etiam cutem protinus.

Aeruginis corinthiae drachmæ sex, ammoniaci thymiamatis drach. sex, oboli quatuor, salis fossitij drachmæ quatuor, cucurbitæ sylvestris medullæ drachmæ quatuor, taurini fellis drachmæ duæ, nitri nigri sesquidrachma, piperis albi grana quadraginta, mellis Attici cyathi sex: componito ut expositum est, & excipiens pyxide buxeæ utitor. Alia Aegyptia, ad callos, albugines, & inueterata uitia. Aeruginis drachmæ sex, guttae ammoniaci drachmæ sex, cucurbitæ sylvestris medullæ drachmæ tres, fellis taurini drachmæ duæ, nitri partes duæ: melle Attico excipito, & utitor.

Ad uisu acumen, Antonij Musæ ualeat etiam ad glaucomata.

Perdicis sylvestris fellis pars una (in alio habetur, perdicij herbæ succi: nonnulli

» centaureæ succi partes tres ponunt) mellis attici æquales partes. Aliud. Galli ueteris fellis pars una, centaureæ succi tantundem, mellis attici partes tres; faciunt ad » glaucomata.

*Ad acuendum uisum, Largi.*

» Fœniculi radicis succi pars una, mellis tantundem; excipito pyxide ærea, & utitor. » Aliud. Fœniculi succi pars una, chelidoniæ succi tantudem, mellis attici tantundem,

*Aelij Galli ad suffusiones.*

» Testudinis marinae fellis drachmæ octo, mellis attici tantundem, taurini fellis drachmæ duæ, croci drachmæ duæ, opobalsami drachmæ duæ; contusis utitor.

*Cassij ad suffusiones.*

» Fel taurinum in pyxidem æream trans fusum diebus decem sinito, deinde excipens drachmas duas myrrhæ, croci duas, opopanacis duas, opobalsami duas, peris grana duodecim, mellis attici duplicatam portionem, felli omnia mixta coquita uase æreo, reponitoꝝ pyxide ærea, & utitor.

*Hygra Basili, hoc est, regia: hanc uocamus analpticen, id est, instauratoriam.*

» Omphacij, myrrhæ, aquilini fellis, opobalsami, oleæ lachrymæ, singulorū drachmæ duæ, guttæ ammoniaci drach. una, fellis hyænæ drach. ij. melle excipiuntur.

*Antonij Musæ.*

» Fellis hyænæ drachma una, fellis urfi drachmæ duodecim, opobalsami drach. duæ, salis fossitij drachma una, croci drachma una, myrrhæ tantundem, mellis attici cyathi duo, fœniculi succi cyathi duo.

*Aliud Philoxeni.*

» Fellis hyænæ sesquidrachma, adipis uiperini sesquidrachma, croci drach. una, omphacij drachma una, myrrhæ semidrachma, opobalsami drachma una, mellis attici drachmæ octo.

*Quomodo tingantur albugines.*

» Gallam læuem sepositam habeto: cum usus exigit, nucleo specilli calefacto attingens, deinde chalcantho aqua soluto attingito. Aliud. Malicorio læui attinge, deinde chalcatho aqua soluto. Aliud. Misyo, chalcanthi, gallarum immaturarum, unius cuiuscum partem æqualem contusam cibratam ꝑ reponito: cum usus poscit, sicco attingito. Aliud. Aluminis scissi, malicorij, mellis, acaciæ fructus, singulorū paria pondera; contusis oculos attingito.

*Ad glaucos oculos, ut pupillas habeant nigras.*

» Malicorij dulcis succum infundito, deinde per interualla instillato. Aliud. Altermi florem cum uino terito. Aliud. Alterci succū apponito. Oportet autem hæc conuenienti tempore colligere, & reponere. Aliud. Acaciæ fructum, & gallæ momentum tritum, diligenter succo anemone excipito, ut mellis habeat spissitudinem: deinde expressum per panniculum diligenter, ut liquidū reponito, ac utitor quem admodum prædixi.

*Ad palpebrarum pilos oculum irritantes, trichias in appellant, Antonij Musæ.*

» Motacillæ auis fel, & aconiti dīmidiū, mixta reponito: cum usus est, pilis eius locum medicamentis illinito. Aliud. Piscis phagri fel, & aconiti dīmidiam partem in squama ferri eloti, adipe mergito, atque his amygdalini olei momentum adiçito, et nycticoracis sanguinis quantum sufficit; deinde mixtis exceptisque ut ex posui, utitor.

*Pilorum gluinantis medicamenta Heraclidis Tarentini.*

» Ceræ, picis, lithocollæ, singulorū drachma una, simul liquefacta reponito: cum usus poscit, specilli mucrone ignitū attingito medicamine, & id quod dissoluitur capiēs pilos agglutinato. Aliud. Resinæ siccæ drachma una, picis aridae drach. una, sulphuris uiui drach. una, bituminis drach. una, ceræ drach. duæ, liquefactis utitor.

*Ad tuber-*

*Ad tuberculum palpebrarum, quod ab ordeo crithe dicitur, quod etiam posthian appellant, Antonij Musæ.*

Galbaní pars una, nitri exiguū; mixta imponito. Item misyos crudí exiguū, mixtum imponito. Bene faciūt etiā fici siccæ mulso incoctæ lœuigatæ & cum galbani momēto. Valet et farina ordeacea in mulso cocta, tritaq; cū galbani lœuis exiguo.

Dionysij Milesij ad trichiasin.

Leporis marini cremati in olla recenti cinerē tritum, muscæ caninæ sanguine excipito, ac pyxide cornea repositis utitor, pilis prius euulsi. Aliud. Salamandræ ustæ cinerem erinaceorum terrestrium felle excipito, ac utitor in modum superius comprehensum: nonnulli uero usi sunt castoreo melli mixto; aut castoreo & hirudinis ustæ cinere; aut cicutæ semine trito, & sanguine muscæ excepto, pilis prius euulsi illeuerunt.

*Ad crithas & chalazia.*

Sagapeno cum acetō trito utitor. Aliud ad ægilopas. Elecebræ succi, solani succi, singulorum selibra, thuris drachmæ octo, mastiches unciæ tres, galbani selibra; suc ci cum thure coquuntur, & cum dissoluta fuerint, galbanum aspergito: nam mastichen abiçimus. Aliud. Thuriis drachmæ octo, ladani drachmæ quatuor, alumini scissi drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ octo, ceræ drach. quatuor, aphroditri drachmæ quatuor, picis corticis drachmæ quatuor; medicamentum contunditur, & irini unguenti fece emollitur.

*Quæ ad oculos eodem libro primo exteriorum Asclepiades scripsit cataplasmata, glutinamenta, & illitus.*

Cataplasmata lippientium ad uehementes dolores, & maximos humorū cursus, quos epiphoras dicunt: usus est his Heraclides Tarentinus. Rosarum uiridiū, aut siccārum drachmæ quatuor, croci drachma una, opij drachma una: excipiuntur meliloti decocto in passo. Aliud. Rosarum albarum, meliloti, capitum papaueris, singulorum drachmæ duæ, croci, opij, myrrhæ, singulæ drachmæ; oui tosti luteo trito passoq; excepto utitor ut ostensum est.

*Illitus ad uehementes dolores, quibus usus est Glauces.*

Aloës, lycij indici, rosarum uiridium, croci, opij, myrrhæ, singulorū pares modos: uino conspergens pastillos singito, siccatoq; in umbra: cum usus exigit, passo dissolutis oculos illinito, frontem & tempora.

*Philoxeni ad fluxionem copiosam, & dolores uehementes.*

Rosarum tenerarum foliorum drachmæ duæ, alterci seminis drach. octo, thuris drachmæ tres, myrrhæ drach. quatuor, farinæ polente acetabulum, oui tosti unius luteum, mandragoræ succi drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, opij drachmæ quatuor, uini austeri quantum sufficit; formato ac utitor in modum prædictum.

*Anthera que illini possit.*

Croci drachmæ quatuor, thuriis drachmæ duæ, cinnabaris drachmæ quatuor, gummi drachmæ duæ, uino excipiuntur: cum usus exigit, tritis & solidis effectis momentum mellis adjicito.

*Aliud, quod Lychnium inscribitur.*

Croci drachma una, thuriis, opij, gummi, cinnabaris, singulorum drachmæ duæ: aqua pluiali excipiuntur. In alijs habetur, croci rosam spirantis drachmæ quatuor, cinnabaris drachmæ duæ, myrrhæ, opij, singulorum drachmæ duæ: aqua pluiali excipiuntur.

*Quæ illinuntur mordacia, protinus fluxionem sifunt, necnon ad scabiosam lippitudinem ualent.*

Aeris usi drachmæ quatuor, croci tantundem, piperis albi drachmæ duæ, opij totidem, gummi drach. quatuor. Aqua pluiali extrinsecus illitum, maximas humoris eruptiones reprimit. Cauendum autem est, ne medicamentum incidat.

Aliud, quod Phloginon appellatur.

» Aeris usci lotiç drachmæ duodecim, croci drachmæ sex, piperis albi drachmæ quatuor, myrræ drachmæ tres, opij drachmæ tres, gummi drachmæ duodecim; » uino aminæ excipiuntur.

*Agglutinamenta, quæ fluxiones cohibent.*

» Pollinis farinæ, myrræ, mannæ thuris, singulorum pars una: excipiuntur oui albumine: deinde illa in linteolum temporibus & fronti imponuntur. Aliud, » Alterci seminis drachmæ duæ, opij drachma una, croci tantundem, pollinis farinæ drachmæ quatuor, ouoru tostorum lutea duo, castorei drachma una; omnia mace » rata excipito & utitor.

*Ad defluxionis impetum, quæ epiphora dicitur, uehementemq; dolorem,*  
*& largum fluorem, quo usus est celebris Moschio.*

» Glaucij drachmæ sedecim, sarcocollæ drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, » gummi drachmæ duæ, tragacanthi drachmæ duæ, mandragoræ succi drachmæ duæ, opij drachma una: aqua pluuiali excipito & utitor ex ovo.

*Heronis ocularij Psytaces, ad uehementem dolorem, largam fluxionem: statim somnum conciliat.*

» Glaucij drachmæ sedecim, croci drachmæ octo, sarcocollæ drachmæ octo, opij drachmæ quatuor, mandragoræ succi drachmæ duæ, tragacanthi drachmæ octo: » aqua pluuiali excipiuntur.

*Ad commemoratas dispositiones, Neapolite.*

» Glaucij drachmæ quadraginta octo, sarcocollæ drachmæ uigintiquatuor, croci tantundem, lapidis hæmatitis drachmæ duodecim, opij drachmæ nouendecim, » mandragoræ succi drachmæ octo, gummi drachmæ sedecim, tragacanthi drachmæ duodecim; aqua pluuiali superfunditur.

*Sergij ocularij Babylonij.*

» Glaucij drachmæ uigintiquatuor, sarcocollæ drachmæ sedecim, croci drachmæ duodecim, opij drachmæ quatuor, lapidis hæmatitis drachmæ sex, gummi drachmæ duodecim: aqua pluuialis additur: illinito usq; ad unum alterumue diem: quod si dispositio non soluatur, ad subsequentes illitus descendimus.

*Aliud diafmyrnon, Claudiacum inscriptum.*

» Glaucij, sarcocollæ, singulorum drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ uigintiquatuor, opij, myrræ, lapidis hæmatitis, singulorum drachmæ sex, tragacanthi drachmæ quadraginta octo: aqua pluuiali excipiuntur; usus est ex ovo.

*Diafmyrnon ex hæmatite.*

» Glaucij drachmæ sexaginta quatuor, sarcocollæ drach. trigintaduæ, croci drachmæ duodecim, opij drachmæ octo, myrræ drachmæ sex, hæmatitis drachmæ sedecim, tragacanthi drachmæ quadraginta octo, gummi drachmæ sedecim (in alio gummi drachmæ quadraginta octo) aqua pluuiali subiguntur; usus est ex ovo.

*Phosphorus, hoc est, lucifer, ad magnum dolorem, omnemq; inflammationem,*

*& intensum defluxionis impetum.*

» Glaucij drachmæ uigintiquatuor, sarcocollæ drach. octo, croci, opij, myrræ, misyos usci, singulorum drachmæ octo, gummi drachmæ nouendecim; aqua pluuiali subiguntur; usus est ex ovo.

*Euchroon, hoc est, boni coloris, uehementer etiam in operibus admirabile.*

» Glaucij drachmæ uiginti, sarcocollæ, croci, myrræ, opij, misyos usci, singulorum drach. septem, gummi drach. duodecim; aqua pluuiali excipiuntur; usus est ex ovo.

*Dolorem austrens diachylon, id est, ex succis, ad omnem grauem dolorem: somnū protinus conciliat.*

» Glaucij drachmæ quadraginta octo, sarcocollæ, tragacanthi, singulorum drachmæ sedecim, croci drachmæ octo, opij drachmæ quatuor, rosarum succi, lycii indici, alterci, singulorum drachmæ quatuor, mandragoræ succi tantundem, gummi dra-

chmæ

mi drachmæ octo; excipiuntur meliloti decocto; componuntur autem in hunc modum. Excepta meliloti libra, & aquæ pluvialis heminis duodecim, coquuntur ad tertias: dissoluto liquore, ad medicamenti confectionem uteris. Aliud. Glaucij drachmæ quadraginta octo, sarcocolla drachmæ uigintiquatuor, croci tantum, opij, lycij indici, alterci succi, cicutæ succi, singulorum drachmæ duodecim, rofarū uiridium sine unguibus drachmæ quadraginta octo, gummi totidem; excipito aqua pluviali: usus est ex ouo.

*Medicamentum quod Phœnon inscribitur, ad magnos oculorum dolores accommodatum.*

Cadmiæ drachmæ duodecim uel sedecim, aeris usti drachmæ sex, myrrhæ drachmæ tres, opij tantum, acaciæ drachmæ septem: aqua pluviali consperguntur, ut ostensum est.

*Aliud Phœnon ad omnem fluxionem omnemq; lippitudinem. In alio Pædicon.*

Aeris usti drachmæ duodecim, cadmiæ drachmæ triginta duæ, gummi drachmæ triginta duæ, acaciæ tantum, myrrhæ drachmæ quatuor, opij totidem: aqua pluviali subiguntur.

*Aliud ex scriptis Philoxeni.*

Spodijs cyprij drachmæ duodecim, aeris usti drachmæ tres, opij, myrrhæ, singulorum drachmæ tres, acaciæ, gummi, singulorum drachmæ septem: aqua pluvialis additur; usus ex ouo est, ut indicaui.

*Berycion inscriptum, quo usus est Berycius, ad maximos defluxionis impetus: iuuat statim.*

Aeris usti elotij, acaciæ, cineris pompholygis, opij, gummi, singulorum drachmæ sedecim, croci drachmæ duodecim, myrrhæ drachmæ duæ: aqua pluvialis affunditur; usus est ex ouo; uerum continuè infundere oportet.

*Aliud ad eosdem affectus.*

Cineris pompholygis drachmæ sedecim, opij drachmæ duodecim, myrrhæ drachmæ duodecim, gummi drachmæ sedecim, aeris usti & eloti tantum; aqua pluviali excipiuntur: usus est ut indicaui.

*Acharistion inscriptum ad maximos influxionis impetus. Hoc solo in Aegypto medici utentes bene degunt, præsertim in agrestioribus.*

Cadmiæ drachmæ sedecim, acaciæ drachmæ octo, aeris combusti elotij tantum dem, opij drachmæ quatuor, ericæ seminis drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ quatuor, gummi drachmæ sedecim, aqua excipiuntur; usus est ex lacte muliebri, temperatura media: ubi autem circa oculos dispositio affligit, collyrio abstinent dum est. Quo ego ipse usus sum, id in hunc modum habet. Cadmiæ drachmæ sedecim, ericæ fructus drachmæ duæ, aeris combusti drachmæ quatuor, opij drachmæ duæ, myrrhæ drachma una, acaciæ drachmæ sex, gummi drachmæ octo: aqua excipiuntur, usus indicatus est. Altud. Cadmiæ drachmæ sex, ericæ seminis drachmæ quatuor, opij drachmæ sex, aeris combusti & eloti drachmæ quatuor, gummi drachmæ uiginti; præparato & utitor ut predictum est.

*Nectarum Marci, facit ad lippitudines incipientes, ualeat etiam ad impetus fluoris tenuis, chemoſin, œdema, membranarum excrescentias: confert ad omnem ferè lippitudinem, & palpebras crassas.*

Oportet autem ante omnia fouere, deinde infundere: initio quidem fluxionis, ex ouo aquato; procedente autem curatione, paulatim misturam intendere. Ad scabras palpebras, utimur ex aqua collyrio; apud alios uocatur sphragis. Aeris combusti & eloti drachmæ quatuor, cadmiæ drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, opij totidem, gummi drachmæ sex: aqua excipito, ac utitor ut ostensum est.

*Sergij ocularij, quod uno die liberet affectum, monohemeron inscribiur.*

Cadmiæ usti & elotæ, cineris pompholygis elotæ, aeris combusti elotij singulorum drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, acaciæ drachmæ sex, gummi tan-

» tundem: aqua pluiali excipiuntur; usus est ex ouo, mistura aquata. Post lachrymas expellas, infondere oportet oui albumen, & rursus sublinere. Si rosio obviatur, fouere conuenit, & rursus infondere oui alborem: post haec collyrio quod nigrum inscribitur, oblinito.

## Neapolitæ sphragis.

» Cadmiæ, æris combusti elotis, acaciæ, singulorū drachmæ octo, spodij, cypri, croci, opij, singulorum drachmæ quatuor, gummi drachmæ duodecim; aqua ex cito pito; usus ostensus est.

## Paxij sphragis.

» Cadmiæ combustæ & restinctæ lacte caprillo aut muliebri, lotæ & in umbra 19 siccatae, æris combusti & eloti, acaciæ, singulorum drachmæ decem, opij drachmæ sex, croci tantundem, gummi drachmæ quindecim: aqua pluiali excipiuntur, Zoili sphragis, respondet Paxij.

## Philoti, Aphroditarium inscriptum.

» Cadmiæ elotæ drachmæ uigintiquatuor, acaciæ drachmæ triginta sex, æris combusti & eloti drachmæ duodecim, croci drachmæ duodecim, opij drachmæ duodecim, spodij, cypri eloti tantundem, gummi drachmæ quadraginta octo: excipiuntur aqua pluiali: utior ex ouo, continuè infundens: post curationem uerolauari adhortator. Hoc frequenter usus sum in maximis epiphoris.

Aliud Neapolitæ, facit etiam ad maximos fluxionis impetus, & præfertim in ijs qui egræ exiccati possunt, & per inflammationes subalbidos angulos habent, ut affectus similis chemosi appareat. Hoc nos usi sumus post illitus, lauari adhortantes.

» Lapidis schistæ drachmæ octo, thuris drachmæ septem, æris usi & eloti drachmæ octo, opij tantundem, myrræ drachmæ quatuor, gummi drachmæ octo: uino ex cipiuntur; usus ex ouo: temperatura est aquata; saepe autem ubi infuderis, etiam per interualla ab illitu lauari adhortare.

Phæon Olympianici inscriptum, ualeat ad maximos dolores, item ad chemosim, & summatum optimum est collyrium, statim enim liberat.

» Cadmiæ combustæ & elotæ, acaciæ, stimmæ usi lotæ, aloës indicæ, singulorū drachmæ octo, myrræ drachmæ quatuor, opij tantundem, gummi drachmæ octo: aqua excipito; usus est ex ouo: mistura crassior: ego autem adieci pompholygistæ thuris utriusque drachmas quatuor.

Aliud Sozymi, quod à grato odore inscribitur: ualeat ad uehementes dolores, & recentes dispositiones.

» Cadmiæ combustæ lotæ, uino Italico, hoc est, extinctæ, aloës, stimmæ, singulorū drachmæ octo, æris combusti lotæ, drachmæ octo, aut duæ, croci drachmæ duæ, myrræ drachma una, nardii indicæ drachma una, opij drachma una, acaciæ drachmæ nouendecim, gummi drachmæ duodecim: aqua pluiali excipiuntur.

Hermi ocularij lotium, ad maximos dolores, αὐθίμερον, hoc est, quod eodem die quo adhibetur, affectum soluit, præstantissimum: ualeat etiam ad lippiitudines inueteratas.

» Aloës drachmæ octo, æris usi elotæ, drachmæ sedecim, opij totidem, myrræ drachmæ duodecim, croci drachmæ octo, cadmiæ drachmæ quatuor, thuris drachmæ tres, gummi drachmæ sedecim: uino mendesio excipiuntur: usus ex ouo est, temperatura aquosa. Oportet autem per interualla trium quatuor uer horarū in fundentes sine, donec subsidat, & nonnunquam ut lauent, adhortari.

Thcodotum phlacianum Harpoconatum inscriptum, ad maximos defluxionis impetus & dolores: liberat citra sanguinis missionem.

» Acaciæ succi drachmæ uigintiquatuor, cadmiæ drachmæ octo, æris usi lotæ, drachmæ octo, stimmæ drachmæ sedecim, aloës drachmæ quatuor, croci drachmæ

chmæ tres, myrrhæ tantundem, lycij indicæ drachmæ duæ, opij tantundem, castorei  
drachma una, gummi drachmæ uigintiquatuor: aqua pluiali subiguntur: usus  
est ex ouo: temperatura crassior. Collyrium autem in laxo tumore, cedemate, pal-  
pebris inducitur.

*Scylation eodem die liberans, medicamentum probatum, protinus inflammationes discutit.*

Stimmi drachmæ quadraginta, acaciae tantundem, cadmia drachmæ sedecim, „  
æris cōbusti lotiç drachmæ quatuordecim, cerussæ drachmæ quatuordecim, myr- „  
rhæ drach. quatuor, nardi indicæ drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, lycij indi- „  
ci drachmæ quatuor, castorei, aloës, opij, chalcitidis tosti, gummi, singulorum dra- „  
chmæ duæ; excipiuntur rosarum decoctio: usus est ex ouo: mixtura crassior.

*Neapolit. e phanion ad maximos defluxionis impetus, item ad  
dolores uehementes ualeat, & ad dispositiones.*

Cadmia elotæ drachmæ octo, acaciae tantundem, aeris combusti & eloti drachmæ „  
sex, stimmos eloti drachmæ uiginti, cerussæ drachmæ sex, myrrhæ drachmæ duæ, „  
aloës tantundem, nardi gallice sesquidrachma, opij sesquidrachma, croci drachma, „  
castorei drachmæ dimidium, gummi drachmæ uiginti: aqua pluiali excipito, „  
& utitor inungens.

*Aliud phanion Sarapiacon inscriptum.*

Acaciae drachmæ quadraginta, stimmi tantundem, cadmia drachmæ sedecim, „  
æris usti elotiç drachmæ duodecim, aloës drachmæ tres, myrrhæ drachmæ qua- „  
tuor, cerussæ drachmæ duodecim, opij drachmæ duæ, croci tantundem, nardi in- „  
dicæ sesquidrachma, gummi drachmæ quindecim: aqua pluiali excipito: uti- „  
tor illinendo.

*Malabathrinum nostrum, ualeat ad graues oculorum dolores, & dispo-  
sitiones, cum declinant.*

Cadmia drachmæ sedecim, acacie drachmæ quadraginta, eris combusti elotiç „  
drachmæ quatuordecim, opij, lycij indicæ, singulorum drachmæ duæ, myrrhæ dra- „  
chmæ quatuor, malabathri, nardi indicæ, castorei, aloës, singulorum drachmæ duæ, „  
cerussæ drachmæ octo, stimmos eloti tantundem, gummi drachmæ quadraginta: „  
aqua excipiuntur: usus est ex ouo per initia dispositionum: cum declinant, ex eo „  
quod dicitur panchreston, quod inter mordentia collyria repositum est.

*Aliud philadelphion, facit ad inflammationum declinationes, ulcera sordida,  
& pustularum eruptions statim adiuuat.*

Stimmios combusti elotiç drachmæ uiginti, plumbi cōbusti elotiç drachmæ „  
decem, cadmia drachmæ octo, aeris cremati & eloti drachmæ tres, aloës tantundem, „  
lycij indicæ drachmæ duæ semis, myrrhæ tantundem, nardi indicæ drachmæ duæ, „  
croci totidem, castorei drachma una, opij drachma una, gummi drachmæ octo: „  
aqua additur, & ut excipientur, ora decem.

*Collyrium album, ad defluxionis impetus & dispositiones, inscribitur Trypherum.*

Cadmia elotæ drachmæ sedecim, cerussæ drachmæ octo, amyli drach. quatuor, „  
gummi drachmæ quatuor, tragacanthi drachmæ quatuor, opij drachmæ duæ: aqua „  
pluiali excipiuntur: usus est ex ouo.

*Ex terra samia, therennon inscriptum, ad defluxionis impetus & dispositiones.*

Cadmia elotæ, cerussæ, terre samiae, singulorum drachmæ duodecim, opij dra- „  
chma una, gummi drachmæ quatuor: aqua excipito: usus est ex ouo.

*Aliud anodyon, ad fluxionem quamlibet, ulcera, uehementes dolores, psydracas,  
procidentias, chemosin, uariasq; dispositiones.*

Cerussæ drachmæ octo, terræ samiae totidem, cineris pōpholygis drachmæ duo- „  
decim, tragacanthi drachmæ duæ, opij totidem, gummi drachmæ quatuor: aqua „  
pluiali excipiuntur: usus est ex ouo.

Aliud quod dyoculum inscribitur, ad uehementes dolores, & defluxionis impetus, purulentos oculos, pustulas, ulcera: hoc medicamentum est delicacius.

» Tragacanthi drachmæ octo, gummi drachmæ quatuor, amyli tantundem, ci-  
» neris pompholygis drachmæ sedecim, cerussæ drachmæ octo, opij torrefacti dra-  
» chmæ duæ: aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex ouo.

Medicamentum dialibanum, hoc est, ex thure, accommodum fluxionibus & chemoſi.

» Cadmia drachma una, thuris drachma una, cerussæ drachmæ quadraginta, opij  
» drachmæ sex, gummi tantundem: aqua pluuiali excipiuntur. Nos autem sic pra-  
» parauiimus. Cadmia, pompholygis, thuris, singulorum drachmæ decem, cerussæ  
» drachmæ quadraginta, opij drachmæ sex, gummi tantundem: aqua pluuiali exci-  
» piuntur: usus est ex ouo.

Aliud, quod trypheron, hoc est, delicatum inscribitur, contra adustiones, pustulas, chemoſin, &  
» præſertim in ijs, qui nullam planè roſionem ſuſtinere poſſunt.

» Cadmia elotæ, amyli, & thuris, singuloruſ drachmæ octo, cerussæ drachmæ qua-  
» draginta octo, opij drachmæ sex, gummi drachmæ sedecim: aqua pluuiali exci-  
» piuntur: usus indicatus eſt.

Cygnus, basilis ē inſcriptus, ad maximos dolores & diſpoſitiones.

» Cadmia drachmæ sedecim, cerussæ elotæ drachmæ octo, amyli, tragacanthi, aca-  
» cia, opij, singulorum drachmæ duæ, gummi drachmæ duodecim: excipiuntur aqua  
» pluuiali, & ad exceptionē ouoruſ crudorū recentiū quatuor albumina adiiciuntur.

Aliud aërianum, Diomedis collyrium, accommodatum ad defluxionis impetus, &  
» diſpoſitiones tum ueteres, tum recentes.

» Cineris pompholygis drachmæ octo, cerussæ drachmæ uiginti, aeruginis drach.  
» quatuor, myrræ drachmæ quatuor decim, thuris drachmæ tres, opij tantundem,  
» gummi drachmæ octo: aqua pluuiali excipiuntur: usus eſt ex ouo.

Cygnus ex terra famia ad ulcera omnigena, ad defluxionis impetus, dolores  
» uehementes, oculosq; purulentos.

» Spodi eloti drachmæ sedecim, cerussæ elotæ drachmæ octo, terre famiae, amyli,  
» acacia, opij, gummi, singuloruſ drachmæ quatuor, tragacanthi drachmæ due: aqua  
» pluuiali excipiuntur: usus eſt ex ouo.

Aliud Dionyſio inſcriptum.

» Cerussæ drachmæ triginta octo, aeruginis uermicularis drachmæ sedecim, meco  
» nij drach. octo, gummi drach. quatuor: aqua pluuiali excipiuntur: usus eſt ex lacte,

Aërianum noſtrum, medicamentum ad uetustas diſpoſitiones, &  
» recentes accommodatum.

» Cerussæ drachmæ uigintiquatuor, cadmia crematæ elotæq; ſtimmi cōbuſti elo-  
» tiq; thuris, singulorum drachmæ decem, ſquamæ aeris drachmæ quinq; opij, myr-  
» rhæ, utriusque drachmæ tres, gummi drachmæ duodecim: aqua pluuiali excipiu-  
» tur: usus eſt ex ouo.

Collyrium Gennadij.

» Cerussæ drachmæ octodecim, ſtimmi os drachmæ duodecim, myrræ drachmæ  
» duodecim, ſquamæ aeris totidem, opij drachmæ ſex, gummi drachmæ uigintiqua-  
» tuor: aqua pluuialis affunditur.

Medicamentum Paxij ocularij ex terra famia ad diſpoſitiones intensas.

» Cadmia drachmæ sedecim, cerussæ drachmæ sedecim, famiae terre drach. qua-  
» tuor, opij drachmæ duæ, thuris tantundem, ſtimmi os drachmæ quinq; gummi to-  
» tidem: aqua excipito: usus eſt ex ouo.

Quod Therinon inſcribitur.

» Cadmia uſta elotæq; drachmæ uiginti, acacia drachmæ duæ, ſquamæ aeris cre-  
» mati elotæq; drachmæ duodecim, corticis thuris drach. duæ, tragacanthi drachmæ  
» duæ

duæ, gummi drachmæ sedecim: aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex ovo.

*Collyrium Hygustum dictum.*

Cadmiæ drachmæ octo, myrrhæ totidem, acaciæ drachmæ sex, opij drachmæ duæ, æris usti & eloti tantudem, gummi drachmæ sex, ericæ seminis drachma una: aqua pluuialis adiicitur.

*Anicetus, hoc est, invincibilis aster ad uehementes dolores, pustulas, staphylomata, ulcera sordida.*

*& depasta: udet etiam ad dispositiones inueteratas, & cicatrices exterit.*

Cadmiæ combustæ & elotæ drachmæ sedecim, cerussæ elotæ tantudem, amyli drachmæ duodecim, stimmios combusi tantudem, spodij, plumbi cremati & eloti, terræ famiæ, singulorū drachmæ octo, myrrhæ drachmæ duæ, opij totidem, tragacanthi drachmæ octo: aqua pluuialis adiicitur.

*Aliud Libyanum inscriptum, ad pustulas, ambusta, rupturas, cælomata, oculos purulentos, chemo-*

*sin, staphylomata: facit etiam ad magnos dolores, dispositiones &*

*& cicatrices exterit.*

Cadmiæ combustæ & elotæ drachmæ sedecim, cerussæ elotæ drachmæ sedecim, stimmios combusi & eloti tantudem, plumbi cremati elotij drachmæ octo, amyli drach. duodecim, cineris pompholygis, myrrhæ, terræ stellatae, tragacanthi, singulorum drachmæ octo, opij drachmæ duæ: & ut excipiatur, uiginti ouorum albumina. Aliud Libyanum. Pompholygis drachmæ octo, cadmiæ combustæ & elotæ drachmæ sedecim, stimmios combusi & eloti drachmæ duodecim, cerussæ elotæ drachmæ sedecim, amyli drachmæ duodecim, terræ famiæ drachmæ octo, plumbi cremati & eloti drachmæ octo, myrrhæ drachmæ duæ, opij drachmæ duæ, tragacanthi drachmæ duæ: aqua pluuialis adiicitur.

*Collyrium diaceratos elaphiu, hoc est, ex cornu ceruino, ad ulcera & pustulas: cicatrices exterit.*

Cornu ceruini usti & eloti, thuris, plumbi cremati & eloti, singulorū drachmæ quatuor, squamæ æris elotæ drachmæ duæ, opij drachma una, gummi drachmæ quatuor: aqua pluuialis adiicitur.

*Aliud ex cornu cerui, Neapolite.*

Plumbi cremati lotij drachmæ sedecim, cornu cerui combusi tantudem, thuris, acaciæ, spodij cyprij, singulorum drachmæ octo, amyli drachmæ quatuor, opij drachmæ duæ, squamæ æris drachmæ duæ, croci drachmæ octo, myrrhæ drachmæ quatuor, tragacanthi drachma una, gummi drachmæ octo, alterci tantudem; diluto excipiuntur.

*Viride ad dispositiones prauas.*

Spodij cyprij drachmæ sedecim, amyli drachmæ sedecim, croci drachmæ octo, stimmios tantudem, opij drachmæ quatuor, gummi drachmæ quatuor; aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex ovo.

*Aliud viride Zoili ocularij.*

Spodij cyprij drachmæ octo, croci drachmæ octo, amyli tantudem, opij drachmæ duæ, stimmios drachmæ octo, gummi drachmæ quatuor: excipiuntur ana gallidis succo.

*Aliud in alijs scripturis ita habet, Zoili viride.*

Cadmiæ crematæ & elotæ, uino Italico extinctæ drachmæ octo, croci drach. quatuor, stimmios cōbusisti, & lacte extincti drachmæ quatuor, amyli drach. una, gummi drachmæ duæ: excipiuntur succo anagallidis, quæ cæruleū colorē obtinet.

*Ex scriptis Scribonij Largi, spittacinū à colore ita dictum: facit ad uehementes dolores, pustulas, solutas cicatrices, & iastum tumorem, quem, quia à loco interdum uidetur propellere oculum, protosin vocant: item bene facit cum quasi sanguine suffusi sunt oculi & state: uile est etiam ad alias dispositiones, & præcis pœ in oculis, qui facile sentiunt, & tenui lachryma defluunt. Recipit autem hæc:*

Cadmiæ, croci, stimmios, amyli recentis, singulorum drachmæ octo, opij dra-

» chmæ quatuor, gummi tantundem; aqua pluuiali teruntur: usus est ex ouo.

Neucratitæ medicamentum ad dispositiones accommodatum.

» Cadmiæ, croci, singulorum drachmæ duodecim, opij drachmæ sex, squamæ sto-  
» momatis purgatæ drachmæ quinque, squamæ æris drachmæ sex, rosarum succi  
» drachmæ sedecim, plumbi usti elotiq; drachmæ quinque, myrræ drachmæ tres,  
» nardi drachmæ duæ, acaciæ tantundem, gummi drachmæ duodecim: aqua plu-  
» uiatili teruntur.

Anthei viride.

» Cadmiæ drachmæ quadraginta octo, myrræ drachmæ uigintiquatuor, croci  
» drachmæ quadraginta octo, opij drachmæ uigintiquatuor, plumbi usti et eloti dra-  
» chmæ octo, squamæ æris, nardi indicæ, acaciæ, singulorum drachmæ sex, gummi  
» drachmæ uigintiquatuor: aqua pluuiali excipiuntur.

Diagalbani, hoc est, ex galbano medicamentum ad uehementes dolores, & lippitudines, quo usus est Nyctes.  
» Cadmiæ, spodij cyprij, æris cremati & eloti, opij, myrræ, galbani, singulorum  
» drachmæ octo: aqua excipito medicamentum: uehemeter est comprobatum. Re-  
» cipit autem etiam gummi drachmas octo. In alijs scripturis spodium non habe-  
» tur. Aliud. Cadmiæ drachmæ sedecim, æris usti elotiq; myrræ, galbani, opij,  
» singulorum drachmæ octo, chalcanthi drachmæ sex, gummi tantundem: aqua  
» pluuiatili excipiuntur.

Diarhodon Nili, ut Andreas habet, ad uehementes dolores, fluxionem multam

& tenuem, pustulas, & procidentiam.

» Rosarum foliorum sine unguibus drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, opij  
» obolus unus, nardi indicæ obolus unus, gummi drachmæ tres (in alio habet gum-  
» mi drach. unam) aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex ouo, temperatura diluta.

Aliud diarhodon Nili, quo usus est Gallio ocularius.

» Rosarū drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, acaciæ drachma una, opij obo-  
» lus unus, nardi indicæ obolus unus, gummi drachmæ tres: aqua pluuiali excipiun-  
» tur: usus est ex ouo, temperatura diluta.

Aliud diarhodon, quod horion à tempestitate dicitur, ad easdem dispositiones.

» Rosarum, quibus unguis sint detracti drachmæ uigintiquatuor, croci duode-  
» cim, amyli drachmæ sex, balaustij drachmæ quatuor, opij drachmæ quatuor, traga-  
» canthi drachmæ octo: alterci foliorum succo excipiuntur. Aliud. Rosarum dra-  
» chmæ octo, croci drachmæ quatuor, æris combusti elotiq; drachma una, gummi  
» drachma una: aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex ouo.

Diarhodon Terentij ex pompholyge.

» Rosarum tenerarum drachmæ duodecim, spodij cyprij, croci, opij, nardi, gum-  
» mi, singulorum drachmæ quatuor: aqua pluuiatili teruntur.

Aliud diarhodon.

» Rosarum tenerarum drachmæ duæ, croci drachmæ sex, spodij cyprij, drachmæ  
» duæ, amyli tantundem, acaciæ drachma una, nardi indicæ drachma una, gummi  
» drachmæ duæ, tragacanthi drachma una: aqua pluuiali excipiuntur.

Diarhodon Euelpidij, diafmyrnon dictum.

» Rosarum drachmæ centū, croci drachmæ quinquaginta, opij drachmæ octo,  
» myrræ sesquidrachma, gummi drachmæ quinquaginta: uino odoro subiguntur: usus  
» tur: usus est ex ouo.

Aliud diarhodon.

» Rosarum drachmæ centū, croci drachmæ quinquaginta, opij drachmæ octo,  
» myrræ tantudem, gummi drachmæ quinquaginta: uino odoro subiguntur: usus  
» est ex ouo. Hoc ego præparaui in uicem foliorum rosarum, iniiciens rosarum flo-  
ris drachmas duas, ac uisum mihi est feliciter operari.

Diarhodon

Diarhodon, quod ex septuaginta duabus roſarum drachmis componitur, Megale dictum: uſus eo eſt

Lucius Cathegetes, ad uehementes dolores, pustulas, uſtiones, ſtaphylo mata,  
procidentias, oculos purulentos, fluxiones ueteres, lippitudines  
inueteratas, & diſpoſitiones ſolutu cōtumaces.

Rofarum uiridium ſine fibris drachmæ ſeptuaginta duæ, cadmiæ uſtæ & elotæ „  
drachmæ uigintiquatuor, croci drachmæ ſexaginta, opij drachmæ tres, ſtimmos „  
tantundem (alijs ſex) aeruginis drachmæ duæ (alijs tres ponunt) ſquamæ aeris drach. „  
duæ, nardi indicet tantundem, myrræ drachmæ ſex (alijs drachmas ponunt quatuor) „  
guinmi uigintiquatuor: aqua pluuiali excipito. „

Aliud ex ſeptuaginta duabus roſarum drachmis.

Rofarum drachmæ ſeptuaginta duæ, cadmiæ combuſtæ & elotæ drachmæ ui- „  
gintiquatuor, croci drachmæ ſex (ſecundum alios drachmæ octo) opij, ſtimmos, „  
myrræ, ſingulorum drachmæ tres, ſquamæ aeris drachmæ duæ, aeruginis rafæ dra- „  
chmæ duæ, nardi drachma una (ſecundum alios duæ) gummi drachmæ uigintiqua- „  
tuor: aqua pluuiali excipiuntur; uſus eſt ex lacte. „

Medicamentum ex uiolis albis, ad defluxionis impetus, & diſpoſitiones.

Acaciæ drachmæ quadraginta octo, uiolarum albarum ſucci totidem, ſpodij „  
cypri drachmæ uigintiquatuor, croci tantundem, myrræ drachmæ quatuor, opij „  
tantudem (ſecundum alios, drachmæ ſex) alterci ſucci drachmæ quatuor, aeris uſti „  
& eloti drachmæ quatuor, gummi tantundem: uino falerno ſubiguntur. „

Collyrion, quo uſus eſt Florus in Antonia Drufi matre, quam alijs medici propè uisu priuarant.

Acaciæ, roſarum ſiccarum, meliloti, ſingulorum drachmæ quadraginta octo, „  
ſpodij, cypri drachmæ uigintiquatuor, mandragoræ maloru drachmæ duæ, croci „  
drachmæ uigintiquatuor, opij drachmæ ſex, alterci ſeminiſis acetabula duo (ſecun- „  
dum alios, drachmæ uigintiquatuor) myrræ drachmæ quatuor, aeris uſti & eloti „  
drachmæ quatuor, gummi drachmæ quadraginta, uini falerni hemine tres: uinum „  
& aqua miſcentur: hiſ adiſciuntur roſæ, melilotus, alterci ſemen, & mandragoræ „  
mala: ſin minus, cortex, ac ſinuntur tribus diebus aut quinqꝫ macerari, deinde li- „  
quore expreſſo ad medicamēti confectionem utitor, ac ubi in figuram redegeris, „  
adhibeto ceu probatissimum medicamentum. „

Melinum delicatum, ijs qui nullam medicamentorum roſionem tolerant: facit ad pustulas, prociden- „  
tias, in fluxionem acrem & copiosam, & uſtiones & diſpoſitiones recentes.

Cadmiæ uſtæ & lacte reſtinctæ drachmæ ſedecim, ceruſſæ elotæ drachmæ octo, „  
croci drachmæ quatuor, opij drachma una, tragacanthi drachmæ duæ: aqua plu- „  
uiali excipiuntur: uſus eſt ex ouo. „

Aliud, ad uſtiones, pustulas, procidentias, & uehementes dolores.

Ceruſſæ drachmæ uigintiquatuor, amyli drachmæ duodecim, cadmiæ elotæ dra- „  
chmæ decem, thuris tantundem, croci drachmæ octo, opij totidem, gummi drach. „  
decem, tragacanthi drachmæ duæ: aqua pluuiali excipiuntur; uſus eſt ex ouo. „

Diarhodon Anenclethi.

Cadmiæ combuſtæ & elotæ drachmæ uigintiquatuor, ceruſſæ drachmæ duo- „  
decim, opij drachmæ ſex, roſarum floris drachmæ ſex, croci tantundem, lapidis ſchi- „  
ſti drachmæ duodecim, gummi drachmæ decem: aqua pluuiali ſubiguntur: uſus „  
eſt ad ſordida ulcera ex lacte, ad pura ex ouo. „

Aliud.

Cadmiæ combuſtæ & elotæ drachmæ uigintiquatuor, ceruſſæ drachmæ duode- „  
cim, lapidis ſchiſti drachmæ quatuor, roſarum floris drachmæ ſex: aqua pluuiali „  
ſubiguntur: uſus eſt ad ſordida ulcera ex lacte, & pura ex ouo. „

Crocodes Pædicon dictum ex popholyge, ad defluxionis impetus, uehemētes dolores, & diſpoſitiones ex iſtu.

Cineris pompholygis, croci, opij, ſingulorum drachmæ ſedecim, tragacanthi „

» drachmæ octo; aqua pluiali excipiuntur; & ad excipiendum, quatuor ouorum albumina adduntur.

*Collyrium Caij ocularij.*

» Spodij cyprij drachmæ quatuor, amyli recentis drachmæ duodecim, croci drachmæ duæ, myrrhæ drachma una, mandragoræ succi drachma una, gummi drachmæ quatuor; aqua pluiali teruntur: usus est ex ovo.

*Athimei lysiponum.*

» Chalcanthi crudi drachmæ quadraginta, pompholygis crudæ tantundem, & russæ drachmæ uigintiquatuor, opij drachmæ duæ, croci drachmæ quatuor; crus in aquam mittitur, & maceratur: eius diluto reliquum croci laevigatur, & cæte ris miscetur: gummi drachmæ trigintaduæ.

*Diomedis lysiponum ad uehementem dolorem.*

» Chalcanthi crudi drachmæ trigintaduæ, cerussæ drachmæ trigintauna, cineris pompholygis drachmæ sedecim, croci tantundem, thuris drachmæ octo, myrrhæ drachmæ duæ, gummi drachmæ sedecim; aqua pluialis adiicitur: usus est ex ovo; generosum est collyrium.

*Zoili collyrum ad ueeres lippitudines, myocephalos, staphylomata, & ueustas defluxiones.*

» Cadmeiæ drachmæ octo, æris cremati tantundem, cerussæ drachmæ quatuor, aloës sesquidrachma, foliorum croci, chalcitidis tostæ, chalcanthi, opij, lycij, singulorum drachma una, myrrhæ drachmæ duæ, acaciæ drachmæ uiginti, spicæ nardi sesqui drachma, gummi drachmæ uiginti, castorei drachmæ quatuor, stimulos combuti drachmæ octo: aqua pluialis additur.

*Asclepiadium Paxij, ad uehementes dolores, fluxionem tenuem & multam, adiunctionem, puerulas, membranarum excrescentias, affretudinem, diffusiones inueteratas, &*

*eos qui à multis illi ibus offensi sunt, statim adiuuat. Hæc autem recipit:*

» Cadmeiæ, æris combusti, croci, squamæ æris ustæ, singulorum drachmæ duodecim, myrrhæ, nardi indicæ, rosarum liccaram, opij, lapidis hæmatitis, singulorum drachmæ quatuor, piperis albi grana uigintiquatuor, gummi drachmæ duodecim, unum chij quod sufficit: usus est ex ovo. In alijs scripturis habet, rosarum drachmæ tres, piperis grana quindecim.

*Nectarium inscriptum, medicamentum comprobatum.*

» Cadmeiæ, squamæ cypriæ, croci, singulorum drachmæ duodecim, opij drachmæ quatuor, æris combusti & eloti drachmæ duodecim, myrrhæ, lapidis hæmatitis, rosarium liccaram, spicæ nardi, misyos tosti, casiae fistulæ, singulorum drachmæ quatuor, piperis albi grana uigintiquinque, gummi drachmæ duodecim: uino utitor.

*Antigoni crocodes leontarium quasileunculus dictum, quandoquidem huic scripture*

*obsignabatur: facit ad defluxionis impetus, uehementes dolores, diffusiones inueteratas: est etiam affectu bonum, cicatrices & callos exterit, maxime uero infanibus cõductit.*

» Spodij cyprij drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ uigintiquatuor, myrrhæ drachmæ duodecim, lapidis hæmatitis drachmæ octo, opij drachmæ duodecim, piperis albi grana triginta sex, gummi drachmæ octoginta: uino falso superbiuntur. Aliud. Spodij cyprij drachmæ octoginta, croci drachmæ quadraginta, myrrhæ drachmæ uiginti, opij drachmæ uiginti, lapidis hæmatitis drachmæ duodecim, piperis grana sexaginta, gummi drachmæ octoginta: uino falso excipiuntur.

*Ex scriptis Scribonij Largi, Machaonis Asclepios, ad ueteres diffusions oculosq; purulentos.*

» Cineris pompholygis drachmæ trigintaduæ, æris ustæ totidem, croci sicuti drachmæ sedecim, myrrhæ drachmæ sex, lapidis hæmatitis drachmæ decem, nardi indicæ drachmæ sex, opij tantundem, piperis grana quadraginta: uino chio teritur.

*In libro*

In libro Athenipporum Asclepiorum, habet ita, opij drachmæ octo,

*Euemeri ad dolores uehementes & dispositiones.*

Aeris combusti & eloti drachmæ trigintaduæ, cineris pompholygis drachmæ sedecim, croci totidem, myrrhæ drachmæ octo, lapidis hæmatitis combusti & eloti drachmæ octo, spicæ nardi drachmæ quatuor, misyos usti drachmæ quatuor, opij torrefacti tantundem, gummi drachmæ sedecim, uini Italici quod sufficit.

*Diasmyrnon, quia boni odoris est, οὐωδες dicitur, medicamentum Synerotis ad inueteratas dispositiones accommodum: facit etiam adrhyadas, & egilopas.*

Cadmiæ elotæ drachmæ uigintiocto, lapidis hæmatitis cremati & eloti drach. uiqintiquinque, spodij cyprij drachmæ uigintiquatuor, myrrhæ drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ quatuor, opij hispani drachmæ octo, piperis albi grana triginta, gummi drachmæ sex: uino Italico subiguntur: usus est ex ouo in recentibus, & temperatura aquosa. Nonnulli ponunt croci drachmas duodecim.

*Hæmathinum Synerotis ad affretudinem: facit bene ad ueteres dispositiones, fucus, omneq; tuberculum, si odorato medicamini Synerotis misceatur.*

Aeris combusti & eloti drachmæ uigintiquatuor, lapidis hæmatitis drachma una, croci drachmæ quatuor, opij tantundem, gummi drachmæ duodecim: aceto acerrimo teruntur.

*Aliud.*

Aeris cōbusti drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ uigintiquatuor, opij drachmæ quatuor, gummi thebaici drachmæ uigintiquatuor, pompholygis drachmæ octodecim, myrrhæ tantundem, salis ammoniaci drachmæ duodecim, lapidis hæmatitis drachma una, æruginis drachmæ quatuor: uino excipiuntur.

*Iracis ad affretudinem.*

Misyos usti, croci, opij, lapidis hæmatitis eloti, singulorum drachmæ octo, aeris combusti & eloti, myrrhæ, gummi, singulorum drachmæ duodecim: aceto subiguntur acerrimo.

*Apollonij scylation, qui insigniter medicatus est, hoc est, ironicum collyrium: affretudinem tollit: uocatur autem phoenix: ualeat etiam ad milphosin, id est, palpebrarum defluvia, & dispositiones inueteratas.*

Lapidis hæmatitis usti & eloti drachmæ trigintaduæ, aeris cōbusti & eloti drachmæ sedecim, æruginis rasa tantum, opij drachmæ octo (secundum alios sex), cadmiæ botrytidis drachmæ quatuor, chalcitidis tostæ tantundem, gummi drachmæ sedecim: aqua pluuialis adiçitur.

*Alier, phoenix Apollonij, ut Arius Asclepiadeus in proprijs medicamentoru collectionibus scripsit.*

Lapidis hæmatitis drachmæ uigintiquatuor, lapidis schistæ usti & eloti tantundem, cadmiæ drachmæ duodecim, aeris combusti tantundem, opij drachmæ octo, chalcitidis tostæ drachmæ quatuor (secundum alios octo) alibi habetur etiam, æruginis drachmæ duodecim, gummi drachmæ sedecim: aqua pluuialis adiçitur.

*Aliud collyrium ad affretudinem.*

Chalcitidis usti & eloti drachmæ duodecim, misyos combusti & eloti drach. octo, croci, opij, singulorum drachmæ sex, lapidis hæmatitis drachmæ octo, gummi drachmæ duodecim: aceto subiguntur acerrimo.

*Collyrium ad affretudinem.*

Aeris combusti & eloti drachmæ uigintiquatuor, cineris pompholygis drach. sedecim, myrrhæ tantundem, salis ammoniaci drachmæ duodecim, lapidis hæmatitis drachmæ quatuor, opij totidem, piperis grana duodecim (in alio est, grana sede cim) gummi drachmæ octo: uino excipito & utitor.

*Euemeri collyrium, cicatrices & callos exterit: facit etiam ad dispositiones inueteratas.*

Cadmiæ drachmæ sexaginta, croci drachmæ quinquaginta, spicæ nardi dra-

» chmæ uiginti, squamæ æris torrefactæ drachmæ quinquaginta, myrrhæ tantum-  
» dem, opij drachmæ triginta, æris combusti drachmæ sexaginta, misyos crudæ dra-  
» chmæ quinquaginta, gummi drachmæ septuaginta: uino chio excipiuntur.

Aliud Pyrami, cicatrices & callos exterens, reprimit omnem excessum.

» Cadmia cypriæ, lapidis hematitis, æris combusti, singulorum drachmæ qua-  
» draginta, misyos combusti, croci, guttæ ammoniaci, squamæ æris ustæ & elota,  
» opij, myrrhæ, singulorum drachmæ uiginti, gummi drachmæ triginta una: ex ace-  
» to acerrimo utitor.

Aliud Euemeris, ad easdem dispositiones.

» Aeris combusti & eloti drachmæ uiginti, cineris pompholygis drachmæ duo-  
» decim, myrrhæ drachmæ octo, salis ammoniaci drachmæ duodecim, lapidis ha-  
» matitis drachmæ quatuor, piperis drachmæ duodecim, gummi drachmæ octo, ui-  
» ni chij quod sufficit.

Lynceus collyrium dictum ad callosas dispositiones, usum probè exacuens: cicatrices & callos exterit.

» Cadmia drachmæ duodecim, æris combusti & eloti drachmæ duodecim, gutte  
» ammoniaci drachmæ duodecim, myrrhæ drachmæ sedecim, lapidis hematitis dra-  
» chmæ sex, opij, tantundem, aloës, fellis taurini, galbani, singulorum drachmæ qua-  
» tuor, æruginis drachma una, opopanaxis drachmæ quatuor, salis ammoniaci dra-  
» chmæ duæ, gummi drach. sex (secundū alios, drach. duæ) aqua pluuialis adiicitur,

Rhinema inscriptum, facit ad callosas dispositiones, & cicatrices abolet:

confert etiam suffusionibus.

» Cadmia, guttæ ammoniaci, æris combusti, singulorum drachmæ quadraginta-  
» octo, opij, æruginis cypriæ, myrrhæ, singulorum drachmæ sedecim, lapidis hema-  
» titis drachmæ uigintiquatuor, galbani drachmæ sedecim, opopanaxis drachmæ  
» octo, fellis taurini drachmæ octo, salis ammoniaci drachmæ quatuor, gummi dra-  
» chmæ sexaginta: aqua pluuialis adiicitur: usus est ex aqua.

Collyrium quod Harmation inscribitur, quo usus est Ptolemeus rex, abstersorium: cicatrices

exterit, iam & usum acuit, aspreitudinemq; delet.

» Aeris cremati & eloti, guttæ ammoniaci, lapidis hematitis, corticis thuris, gum-  
» mi, singulorum drachmæ octo: aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex aqua. In alijs  
» scripturis habet etiam æruginis drachmas duas.

Collyrium ex hematite usum acuens, cicatrices & callos exterit.

» Gutte ammoniaci, æris combusti & eloti, lapidis hematitis, gummi, singuloru-  
» drachmæ uigintiquatuor, æruginis drachmæ octo: aqua pluuialis additur.

Artemonium inscriptum, quo usus est Basus familiaris: facit ad diurnas fluxiones, palpe-

brarum aspredines, lachrymantes, & erosos oculorum angulos, & humentes oculos,

& membranarū excessus, cicatrices & callos exterit: maximū uero in hoc  
medicamento id est, quod post illitiones, oculos impertubatos cōseruet.

» Stimmios drachmæ quatuor, æris combustæ drachmæ duæ, cerussæ tantūdem,  
» croci, corticis thuris, æruginis uermicularis, gallarum immaturarum, piperis albi,  
» gummi, singulorum drachma una: uino excipiuntur: usus est ex aqua.

Aliud medicamentum comprobatum.

» Cadmia, stimmios, cerussæ, singulorum drachmæ octo, æris cremati drachmæ  
» quatuor, corticis thuris, croci, myrrhæ, æruginis uermicularis, gallarum immatu-  
» rarum, singuloru- drachmæ duæ, piperis albi drachma una, gummi drachmæ qua-  
» tuor: uino excipiuntur.

Collyrium indicum aerinon dictum, prohibens omnem lippitudinem: facit ad caliginem, dispo-  
sitiones scabiosas, angulos erosos, & cicatrices abstergit. Maximū in hoc med-  
camento id est, quod postquam fuerit illitū, oculi nō perturbātur.

» Cerussæ rhodiæ drachmæ quadraginta octo, cadmia cypriæ drachmæ uiginti-  
quatuor

tiquatuor, atramenti indici, opij, singulorum drachmæ octo, piperis albi drachmæ „  
octo uel sex, oprobalsami drachmæ octo uel sex, gummi drachmæ sedecim, cina „  
momæ drachmæ duæ, alibi drachmæ duodecim: aqua pluuiali excipiuntur. „

Hermophili Th. d. Afferus, collyrium probatum ad suffusiones, & omnem hebetudinem: ualeat  
etiam ad principia suffusionis: est autem medicamentum odoratissimum.

Cadmiæ drachmæ sedecim, atramenti indici tantundem, piperis albi drachmæ „  
octo, æruginis, opij medici, oprobalsami, singulorū drach, quatuor, gummi drach. „  
xij. aqua excipiuntur: usus est ex aqua, temperatura ad dispositiones conferens. „

Pompeii Basili: facit etiam ad suffusionis initia.

10 Cadmiæ drachmæ uigintiseptem, atramenti indici drach. sedecim, piperis albi „  
drachmæ duodecim, liquoris cyrenaici drachmæ quindecim, oprobalsami drach. „  
sex, spicæ nardi tantundem, sagapeni drachmæ quinq; opopanax totidem, opij, „  
drachmæ quatuor, euphorbi drachma una, cinamomi tantundem, gummi dra- „  
chmæ triginta; liquor, succus fœniculi adiicitur. „

Indicum Basili con dictum: facit ad suffusionis initia, omnemq; caliginem, & cicatrices exterit.

Cadmiæ ustæ & elotæ libra una triens, atramenti indici drachmæ sex, cerussæ „  
triens, piperis albi selibra, fellis hyænæ totum quod cōtinet, scarorum fella decem, „  
perdicum fella quatuor, lachrymæ papaueris uncia, oprobalsami, opopanax, sa- „  
gapeni, singulorum sextans, gummi libra: excipiuntur fœniculi succo, aut herbae, „  
quæ dicitur heraclæa. „

Quod instillari possit Paccij, ut Themison.

Cadmiæ drachmæ sexaginta quatuor, mifyos, chalcanthi, stimmios, piperis al- „  
bi, singulorum drachmæ trigintaduæ, opij, æruginis, oprobalsami, singulorum dra- „  
chmæ sedecim, gummi drachmæ sexaginta quatuor: aqua pluuialis additur. „

Chelidonium inscriptum.

Cadmiæ drachmæ quadraginta octo, stimmios drachmæ duodecim, mifyos dra- „  
chmæ octo, piperis drachmæ triginta sex, chalcanthi drachmæ sex, opij drachmæ „  
sex, oprobalsami drachmæ quatuor, gummi drachmæ uigintiquatuor: aqua plu- „  
uiali excipiuntur. „

Hieracium ad hebetudines, & scabiosas dispositiones.

Cerussæ drachmæ sedecim, cadmiæ drachmæ octo, opij drachmæ duæ, gummi „  
drachmæ sex: aqua pluuiali excipiuntur: usus est ex aqua. „

Aliud, cicatrices & callos exterit.

Cadmiæ drachmæ sedecim, cerussæ drachmæ octo, piperis albi drachmæ qua- „  
tuor, æruginis, oprobalsami, omphacij, singulorū drachmæ duæ, gummi drachmæ „  
quatuor: aqua additur. „

Collyrium rubidum panchreston inscriptum, medicamentum probatum ad scabiosas  
erosioq; angulos, & intensos pruritus, & palpebras ficas.

40 Cadmiæ drachmæ octoginta, chalcitidis ustæ, piperis albi, gummi, singulorū „  
drachmæ quadraginta: excipiuntur aqua pluuiali. In alijs scripturis æqualia habe- „  
tur pondera. Aliud. „

Cadmiæ drachmæ octoginta, chalcitidis ustæ, piperis albi, singulorū drachmæ „  
quadraginta, croci, myrræ, singulorum drachmæ duodecim, gummi drachmæ „  
quadraginta: aqua pluuialis additur. „

Triphonis sphericum.

Cadmiæ drachmæ quadraginta octo, squamæ æris, æris combusti elotij, pipe- „  
ris albi, singulorum drachmæ trigintaduæ, opij drach. octo, myrræ drach. octo, „  
opobalsami drach. quatuor, gummi drach. trigintaduæ: aqua pluuialis adiicitur. „

Collyrium Galli uisum exacuens.

Cadmiæ drachmæ quadraginta octo, chalcitidis ustæ drachmæ uigintiquatuor, „

» piperis albi drachmæ sex, squamæ æris drachmæ octo, opij drachmæ quinq, omphacij drachmæ quatuor, myrræ drachmæ duæ, opobalsami drachmæ quatuor,

» gummi drach. duodecim, piperis albi grana decem; aquæ pluuiialis quod satis est.

*Collyrium aromaticum inscriptum.*

» Aeris combusti & eloti drachmæ sedecim, æruginis, myrræ, opij, piperis albi,

» singulorum drachmæ quatuor, nardi drachmæ duæ, croci drachmæ quatuor, opos-

» balsami drachmæ duæ, gummi drachmæ quatuor; aqua pluuiiali excipiuntur,

*Heraclidis aromaticum ex hematite.*

» Aeris combusti elotij drachmæ quadraginta octo, cadmia, croci, lapidis ha-

» matitis, singulorum drachmæ uigintiquatuor, opij, piperis albi, singulorum dra-

» chmæ duodecim, gummi drachmæ uigintiquatuor; uino falerno excipiuntur.

*Crocodes Asclepij, uisum excuens.*

» Aeris usq; drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ duodecim, omphacij dra-

» chmæ quatuor, opij drachmæ duodecim, myrræ drachmæ duæ, opobalsami dra-

» chmæ quatuor, gummi drachmæ duodecim, piperis albi grana decem; aqua plu-

» uialis quod sufficit.

*Isochristi ad erosos angulos, scabiosas dispositiones, inueteratas lippitudines, aspreta-*

*dines, ficosas excrescentias: cicatrices & callos exterit.*

» Cadmia drachmæ sex, lapidis hematitis, myrræ, singulorum drach. sedecim,

» croci drachmæ uigintiquatuor, piperis longi drachmæ duodecim, piperis albi dra-

» chmæ uigintiquatuor, gummi drach. sexagintaquatuor; uino italico excipiuntur.

*Cinnabarion Axij ocularij, Stole, Britannici, ad erosos angulos, malas oculorum dispo-*

*sitiones, intensos pruritus, diurnos affectus.*

» Psorici drachmæ uigintiquatuor, cadmia tantum, croci, piperis, cinnabaris

» singulorum drachmæ sedecim, opij drachmæ duodecim, gummi drachmæ uiginti-

» quatuor; aqua pluuiiali excipiuntur.

*Aliud.*

» Psorici, piperis, cadmia, croci, singulorum drachmæ uigintiquatuor, sandara-

» chæ, opij, cinnabaris, gummi singulorum drachmæ octo; aqua pluuiialis additur,

*Melinon atarachon inscriptum: facit ad omnem hebetudinem, & ad ueteres*

*dispositiones: cicatrices & callos exterit.*

» Cadmia drachmæ uigintiquatuor, omphacij drachmæ duodecim, salis ammo-

» niaci drachmæ quatuor, guttae ammoniaci drachmæ duodecim, opij drachmæ

» octo, gummi drachmæ uigintiquatuor, cerussæ tantundem, croci drachmæ se-  
» cim, piperis albi drachmæ uigintiquatuor; aqua pluuiialis additur.

*Lucij Cathegetis melinon, ad scabiosos & erosos angulos, intensos pruritus, humentes*

*oculos: item ad omnem hebetudinem: cicatrices & callos exterit.*

» Cerussæ drachmæ uigintiquatuor, croci tantundem, guttae ammoniaci drach.

» sex, salis ammoniaci drachmæ sex, nardi indicæ drachmæ sex, opij drachmæ sex,

» myrræ, omphacij, singulorum drachmæ sex, gummi drachmæ uigintiquatuor;

» aqua pluuiiali excipiuntur.

*Aliud collyrium Proteus, cui nullum est æquale: facit ad initia suffusionis, & omnem*

*hebetudinem: cicatrices & callos exterit.*

» Cadmia drachmæ duæ, chalcitidis crudæ, cerussæ, singulorum drachmæ qua-

» draginta, piperis albi drachmæ triginta, liquoris cyrenaici drachmæ uiginti, croci

» drachmæ sedecim, opij drachmæ duodecim, sagapeni drachmæ duodecim, olei

» lachrymæ totidem, arsenici drachmæ octo, myrræ drachmæ duodecim, gummi

» drachmæ uiginti, opopanacis par modus, opobalsami drachmæ duodecim; aqua

» pluuiatili excipiuntur: usus est ex aqua.

*Hygieni χρυσω, hoc est, aureum, ad erosos angulos & scabiosas dispositiones.*

» Sandarachæ drach. uigintiquatuor, piperis albi grana duodecim, myrræ dra-

chmæ

chmæ sex, croci tantundem, gummæ drachmæ duodecim; usus indicatus est. " "

Aliter.

Sandarachæ, croci, piperis, singulorum drachmæ sedecim, myrrhæ drachmæ " "  
quatuor, gummæ drachmæ duodecim; usus indicatus est. " "

Aliter.

Sandarachæ drachmæ uigintiquatuor, piperis albi drach. duodecim, myrrhæ " "  
drachmæ sex, croci tantundem, gummæ drach. duodecim: aqua pluuialis adiicitur. " "

*Euemeri psoricum, facit ad erosos angulos, & scabiosas cicatrices, & callos exterit. Bene facit  
ad inueteratas dispositiones, & mali habitus lippitudines, & aspreitudines.*

Psorici drachmæ uigintiquatuor, croci drachmæ duodecim, opij, cerussæ, singu- " "  
lorum drachmæ quatuor, piperis albi, omphacij, singulorum tantundem; uino fa- " "  
lerno excipito. " "

*Basilidium psoricum.*

Psorici drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ uigintiquatuor, opij drach. " "  
octo, lapidis asij floris, cerussæ, singulorum drachmæ octo, piperis drachmæ sex, " "  
opobalsami, omphacij, singulorum drachmæ quatuor, gummæ drachmæ sedecim: " "  
uino falerno excipiuntur. " "

*Panchreston, id est, multi usus, Athenipian.*

Psorici drachmæ sexaginta quatuor, croci drach. sedecim, chalcitidis ustæ dra- " "  
chmæ sedecim, sandarachæ drachmæ uiginti, myrrhæ drachmæ octo, piperis albi " "  
drachmæ sedecim, casiae fistulæ drachmæ octo, malabathri foliorum drachmæ qua- " "  
tuor, opij drachmæ sedecim, omphacij drachmæ quatuor, misyos usti drachmæ duæ, " "  
gummæ drachmæ uigintiquatuor; aqua pluuiali excipiuntur. " "

*Ptolemæi illius nobilis medicamentum factum ad scabiosos & erosos angulos, intensos  
pruriens, defluvia palpebrarum, & hebetudinem.*

Psorici drachmæ sexaginta, sandarachæ drachmæ triginta, chalcitidis ustæ dra- " "  
chmæ uigintiquatuor, croci tantundem, myrrhæ drachmæ duodecim, opij drach. " "  
duæ, casiae fistulæ drachmæ duodecim, piperis drachmæ quatuor, piperis albi dra- " "  
chmæ septem, omphacij drachmæ sex, misyos usti drachmæ tres, malabathri folio " "  
rum drachma una, gummæ drachmæ triginta sex: aqua pluuialis additur. " "

*Collyrium malabathri oxydericum, id est, usum acuens, ad circumferos angulos.*

Stimmios drachmæ uigintiquatuor, acaciae, piperis albi, singulorum drachmæ " "  
uigintiquatuor, nardi indicæ drachmæ duodecim, opij drachmæ sex, croci, ompha- " "  
cij, singulorum tantundem, gummæ drachmæ triginta sex: aqua pluuiali subigitur. " "

*Aliud.*

Stimmios usti eliotiæ drachmæ quadraginta, acaciæ drach. quadraginta sex, " "  
nardi gallicæ drachmæ sex, myrrhæ drachmæ octo, croci totidem, omphacij, opij, " "  
cadmia, singulorum drach. sex, gummæ drach. triginta duæ: aqua pluuialis adiicitur. " "

*Archigenis in primo de medicamentis leæ ræ yços, conscripta ad oculos affectos medicamenta.*

In defluxionibus ad oculos: in principio conuenit cibus ac potus paucus, aquæ " "  
potus, & magis ueneris abstinentia: deinde aluum subducito mulsa, & sapientis aqua " "  
frida, cui deinde etiam paulum acetum mixtum sit: faciem continuo colluito, aliqui chal- " "  
canthum aquæ inditum prebent ad colluendum. Euitent odores acres, et pulueres, fumum, " "  
item solis et lucernarum splendorem: ad noctem aurum purum ex uino, aut sordide " "  
ex aqua frida imponantur, & mane, ut dixi, colluant. Quod si intendatur flui- " "  
xio, & dolor superueniat, sanguinis missio conducit, & cibi in totum abstinentia, " "  
& sitis: nisi urantur, & uenris ualida fluxio intendatur, aut propter conueniens " "  
medicamentum purgans, aut clysterem ualidum. Post haec autem circa frontem " "  
uitis folia uiridia continentem imposita auxiliantur, aut myrti, aut lentisci, aut rubi " "  
succus, aut brassicæ, aut uitis folia cum tenui polenta, aut cupressus, sampfurhus, "

» ocimum, sisymbrium, oenanthe, crocus domesticus, sylvestris, sandarachæ, &  
 » rhus, malii punici flores, uitex, mali cotonei tenera folia, singula in uino & tenui  
 » polenta. Circa oculos autem lana pura, ouï albo madida, aut ouï tosti luteum,  
 » aut melilotum in passo decoctum, alphodeli radix cum uino et tenui polenta, aut  
 » iris contrita cum uino et tenui polenta, aut rhus succus cum tenui polenta, aut ipse  
 » coctus in uino marinæ experti, aut baccae iuniperi cum uino & tenui polenta froni  
 » ti illitæ, & ipsis oculis impositæ. Ad hæc eryngij & fœniculi equini radix leuigata  
 » cum aqua, & cicutæ semen eodem modo præparatum, prosunt. Caseus mollis re-  
 » cens cum apij folijs illitus: aut papauer sylvestre in passo decoctum, & leuigatum,  
 » illitum, similiter & melilotum in passo coctum, croci mometo adiecto, liquorisq;  
 » papaueris sylvestri: aut panis ex uino rosaceo maceratus mirificè prodest: aut tri-  
 » bulo tenero obducito per se, aut etiam polëta permixtus probè facit. Et in uniu-  
 » sum omne astringentium genus & repellentium in principijs, qualia sunt cicuta,  
 » psyllium, apium, solanum, lentes palustres, serpyllum, sampsuchum, folia uitis, co-  
 » riandum, portulaca, lens aquatilis, semperiuuum, papaueris sylvestris folia, urti-  
 » cæ, unumquodq; horum molliens cum uino illinito, psyllium autem cum aqua,  
 » sic & lenticulam palustrem.

## Ad calidum defluxum.

» Brassicam leuigatam cum tenui polenta ex aqua applicato, aut ocimi folia si-  
 » militer, aut rutæ folia cum adipe anserino, aut sampsuchi folia: aut halicacabum le-  
 » uem applicato. Sistunt autem multum fluxum papaueris capita, et altercum cum  
 » tenui polenta & uino: prius autem foueto hoc modo. Post uigoris immutationē,  
 » & cum tempus amplius non est astringentium, utendum oculorum & capitis fo-  
 » tu. Vehementer autem iuuat soluitq; inflammations, et si qua distentio fuerit, lin-  
 » teolum tenerum butyro madidum oculis impositum.

## De chemosi.

» In quibus autem ualida chemosis obuenerit, accipiens ouï luteum & carnem  
 » muscarum leuigato: deinde ubi cerati formam acceperit, in panniculum imponi  
 » to, statim quiescit.

## Quod circumlinitur oculis.

» Panis mundus ustus, mixtus acaciae & hederæ cum aqua. Ad uehementes autē  
 » dolores rosam uiridem aut siccum passo madidam leuigato, & admixto ouï tosti  
 » luteo & croci quantum satis est in passo: aut polenta hordeacea, aut triticea in pa-  
 » so cocta. Si uero maior dolor fuerit, admisce papaueris sylvestris teneri folia, aut  
 » cortices capitum papaueris, aut alterci folia instar drachmarum quatuor, cum ouï  
 » luteo: aut sisymbriū coctum in aqua leuigatum, affundens uini quod satis est, ap-  
 » plicato: aut papaueris albi capita in passo cocta, & leuigata imponito: aut apij te-  
 » neram comam, aut pulegij teneram comam similiter, aut peponis, aut cucumeris  
 » carnem, aut ouï tosti luteum, & croci momentum leuigati, cum uino modico illi-  
 » nito. Ex inflammatione autem dolentes oculos, panace ac pulegio ex uino mace-  
 » ratis illinito. Probè facit piceæ cortex, & polenta cum uino: aut alterci folia & opi-  
 » um contrita illinito: aut papaueris cauliculos leuigatos, & rosam & melilotum et  
 » myrrhæ modicum, mixta & subacta ouï albumine, sic illinito. Aut aloén, & opium  
 » cum aqua in panniculum acceptis applicato: caue autem ne instilles in oculum. In  
 » uehemetibus autem doloribus, crocum bonum cum lacte accipe & instillato. Ad  
 » uehemetissimos aut dolores, coriandi liquorē cum muliebri lacte in oculos instil-  
 » lato: similiter & papaueris liquorē coctū: folia platanij leuigata cū tenui polenta,  
 » super oculos admoueto. In fluxionibus uero cataplasmata sunt, cupressus uiridis  
 » cum uino, aut paluri folia, aut portulaca leuigata cū adipe anserino & croco, aut  
 » iris sicca cū melle: aut mannā & myrrhā cū ouï albumine in lana fronti imponito.

Admoueto

Admoueto autem apium modo cataplasmatiſ cum polenta. Aut ſeſelis flores uī  
no irrigatoſ, aut papaueriſ tenera folia. Si uigilijs torqueantur, mandragorae radi-  
cem, & liquorē, & papaueriſ folia, & polentā, æquali pondere tanquā in maſſam  
redacta, oſſacienda p̄ebeto, et dormient. In magnis autem defluxionibus, pulegiſ  
recentiſ ſemen, maximē ſuccum, ubi bene ex aceto in malagmatiſ formā redege-  
riſ, lanam occipitio ſuperimponito, & leuiter illigato: nonnulli uero & papauer  
tenerum iſpi admiſcent, aut opij paululum, aut roſam & melilotū cocta, aut amy-  
lum cum uino: aut ouī albumine oculos obducito. Summē facit ad multas & ſub  
tileſ, ueteresq; defluxioneſ & ulcera, pompholygī drach. quatuor, opij torrefacti  
10 oboli treſ, gummi drachmæ quatuor: aqua pluuialiſ aut fontana additur.

## Agglutinamentum ad defluxioneſ.

Similam & mannae dimidiū cum ouī albumine in emplaſtri formā redacta,  
per initia panniculo fronti imponito: aut ouī mollis luteum cum thure: aut co-  
chleam cum teſta una ex ouī albumine: ubi in ſpiſſitudinem redegeris, in ſplenio  
uſq; ad utraq; tempora imponito, per ſe enim decidet, ubi fluxio deſtiterit: aut mo-  
ſchi malagmatiſ, aut barbari, aut chilorg, id eſt uiridis, aut alterius uulnerarij, ex hiſ  
quæ aceto parantur, ſplenion fronti imponito.

## Ad uibices &amp; hypophagmata.

Ad ictus qui oculis inferuntur, & ob quoſ cruentæ ſuffuſioneſ oboriuntur, ſta-  
tim per initia ad inflammationeſ & dolore, facit columbae ſanguis inſtillatus, et  
præcipue ex teneriſ expreſſiſ aliſ. Item albuſen ouī eodem modo facit oculo in  
fuſum, deinde lana munda acceptum, & ſuperimpoſitum. Rechte aut imponitur  
& luteum ouī toſti, cum uino illitum: aut melilotum coctum ex uino eodem mo-  
do impoſitum. Præterea roſarum folia & floreſ ſeorsim, & ſimul cum uino trita  
tenuic; polenta, aut bræſicæ folia illita. Vbi in uetus ſatem incederint, ſi uibex per  
feueret, thure, bitumine, æqualibus mixtis, ſuſſumigato oculum: aut hyſſopico-  
mañ laeuigatam accipiens, in lineum panniculum immiſſam in aquam feruentē,  
applicato oculo: ſequitur enim ſanguis, ita ut ex línteolo effluere poſſit cum expri-  
mitur: aut nitrum & terram æthiopicam, myrrham, æqualia cum aqua inungito:  
aut oleaे foliorū uiridium ſuccum ſubungito; aut ammi & hyſſopum lacti bouil-  
lo laeuī miſceto, & ſubungito; aut lini ſemen laeuigatum cum butyro; expreſſa per  
línteolum illinito, caput autem frigida perfundito.

## Curatio œdematum.

Ad œdemata autem quæ oculis ex iictibus oboriuntur, plurimū confert ſotus  
ſpongia molli continuè adhibitus: deinde ſpongia aceto pulchrè temperato ma-  
dens impoſita: poſtea autem uetus ſinapi tritum cum aqua, & circumpoſitum fre-  
querter, & ablatum: ſimiliter etiam naſturtium, ſed ita ut cum auſ fertur, loca con-  
tinuo aqua calida foueantur.

## Ad ſcabidos oculos.

40 Si oculi ſcabioſa lippitudo ex ſole et puluere plurimum laborent, aqua copio  
ſa adjuſta, æſtate quidem frigida, hyeme uero calida, prodeſt. Confert & ſpongia-  
rum ſotus ex aqua calente, aut lentis decocto. Iſpiſ autem angulis admoueto, rubi  
lentisci, myrti, roſarum ſuccum, priuatim ſingula cum aqua, aut roſas ſiccas tritas  
cum uino, aut flores earum, aut uinum marinę expers, & uetus oleum, et maxime  
dormituriſ. Expedit etiam in hiſ à falfiſ, acribus, præterea & acidis omnibus ab-  
ſinere. Ad diuturnas uero & calloſas palpebrarum diſpoſitiones, amurcam co-  
ctam cum oleo tritam inungito.

## De ptilosī.

In ptilosī & hiſ qui pilos non habent ſummē facit, & pilos reducit, acaciæ dra-  
chmæ duæ, atrameti ſcriptorij ſicci, aut ſi haberī poſſit memphiticī drach. quinq;

succi porri heminæ quatuor, uini marinæ expertis heminæ quatuor; coquito usq; dum sordium spissitudo facta fuerit, & pyxide excipiens utitor. Aut muscerda, & stercoris caprilli ustī pari portione, arundinis græcanicæ cineris duplicata; melle attico inungito. Hoc etiam milpholin, hoc est, palpebrarū defluvia iuuat. Aeruginis lœuigatae partem unam, guttae ammoniacæ tantundem: lœuigatis attingito. Hoc summè prodest & scabiosis oculis. Aut cadmiam lœuigatā, melle subactam, in olla coquito, deinde æris ustī tantundem: lœuigatis utitor.

*De trichiasi, id est, pilis oculum infestantibus.*

Supercrescentes in palpebris pilos euellens, sanguine cimicis subungito, & non crescent. Papias Laodiceus Autolyci medicus multa disputauit de his qui trichiasi laborant, pilos euellens, deinde dropace illinens locum diligenter. Item chamæonte albo lœui macerato, sanguine ranarum uiridium, quæ inter arundines generantur, subungito; non enim succrescunt; aut euulsi pilis cedrinum liquorem tellinarum testis tenuibus lœuigatis illinito; aut auis dictæ cinædi bile utitor, aut phagri marini bile. Critonis, canis foemella sanguine. Summè facit hoc, erinace terrestris bilis & sanguinis par pondus. Bilis chameleontis æquale, castorei modicum; redigit in formam squamarum piscis ac utitor, radicitus pilos euellens, deinde squamam unam salitra oris ieunus dissoluens, subunge, et contine locum quasi diuidia hora; dolent quidem, sed non amplius crescent. Aut bilem hyænæ foemella, pilos euellens, confestim subungito. Aut tellinas tenuissime lœuigatas sublinito. Aut ubi euulseris folia cicutæ, cedrinum liquorem pari pondere cum uestigationis sanguine sublinito, & contine donec exiccata sint: si enim humidum attigerit oculi, laedit. Aut ubi euulseris, capræ bilem cum brassicæ succo oblinito. Dixit autem Hermias, spumam aquæ si illinatur cum dropace, summè auxiliari.

*De staphylomatis & albuginibus.*

Staphylomata auferes cantharidum succi illitu. Albugines statim sanat nitru cum oleo ueteri diligenter lœuigatum, & illitum: aut lacertæ stercus: aut nyctico racis ouum illitum, tingit albugines: aut croci, piperis, paria pondera cum æluri bile, in collyrij formam redacta, inducito; aut sepiae testam lœuigatam, macerata in melle, ustamq; applicato.

*Curatio hebetudinis & suffusionis.*

» Hebetudinem omnem, aut incipientem suffusionem sanat quodammodo fel cum marrubij succo et melle attico. Aut myrræ, piperis, pari pôdera cum melle, aut solano nigro illinito. Facit et cyperus reposita in ærea pyxide: aut foeniculi suc cum & fel taurinum liquidum pari pondere, mellis attici duplum, inungito: aut croci, piperis, æqualia pondera cum felle taurino excepta in modum collyrij inungito: aut populi albæ succum cum duplo mellis attici illinito.

*De suffusionibus que hypochymata dicuntur.*

» Testudinis marinæ fellis partem unam, mellis attici quadruplum, inungito: aut fellis quod satis est cum aqua.

*Ad pterygia, id est, tungues.*

» Ad pterygia uero chalcanthi, salis ammoniaci, æqualia pondera, gummi dimidium: aceto redacta collyria inungito. Aut populi albæ succum duplo mellis laevis illinito.

*Ad glaucos & nyctilopas.*

» Ad glaucos: si succus solani instilletur, nigros facit oculos: è contrario in paten tibus nocturnam cætitudinem, qui nyctilopes Græcis dicuntur. Iecoris hircini sa niem, quæ dum assatur effluit, oblinito, & sic quidē oblinito eos, ipsum uero iecur edendum præbeto. Auxiliatur etiam sanguis columbae illitus, aut fel caprillum: aut hepar caprillum coquito, iubetoq; coopertos in ollam inconuenientes defigere oculos

oculos, et his uaporem recipiant; ipsum uero comedendum frequenter exhibeto: »  
hoc facito, & cito æger iuuabitur. Aut elaterij obolum, & seminis portulacæ dra- »  
chmam unā cum melle illinito. Aut onidis recentis tritè sucum subungito, Edant »  
autem betam aut uulturis iecur tostum, aut felle inungantur. »

*Ad crithas quas & posthias uocant.*

Crithas subortas in palpebris cera alba totas auferes, muscæ capite abiecto, reli »  
quo corpore critham atterito. »

**CLAVDII GALENI PERGAMENI DE  
COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECUNDVM**  
locos liber quintus, Ioanne Guinterio An-  
dernaco interprete,

*De hypopis, id est, fugillatis.*

  
 Ypopium, quod ὑπὸ τῶν ὄφας, id est, sub oculis fiat, ex ipso no-  
mine manifestum est, ac si quis suboculare ipsum nominaue-  
rit. Cæterum ex genere ecchy momatum est. Nominat autem Ecchymoma  
sic Hippocrates & alijs multi medicorū, cutis affectum, quan-  
do exiguis in ipsa uenulis contusis, sanguis per contusionem  
effunditur, non uno in loco, protinus in grumos totus coale-  
scens, qui hoc modo excretus est; sed ubi, ut ipsi uocat, per dia-  
pesin, quod est, subsultationem effunditur. Accidit tamen interdum si quidem ita  
constiterit, ut liuescat, atq; etiam tempore procedente nigrescat, exiguis nimirum  
grumulis ex sanguine in multas cutis particulas disperso, generatis. Vnde nō im-  
merito id medici quamprimum curare accelerant, priusquam nigruerit: eò sanè  
curationis consilium dirigentes, ut sanguinem dissipent: non ignari ægrè posse di-  
scuti eum, qui in grumos iam coierit. Quia uero tunica uenularum, ex quibus san-  
guis exilit, contunditur, miscetur digerentibus medicamentis nonnihil astrin-  
gentium \*; si enim solam digerentem uim haberet medicamentum in principio \* vetus addit,  
applicatum, non modo id quod effusum est digereret, sed & per contusiones alí-  
quid sanguinis, qui contusis uenulis continetur, extraheret. Quando autem in na-  
turalem statum uenulæ redierint, citra astrictionem ad digerentia medicamenta  
uenire tempestiuum est. Quemadmodum itaq; de alijs affectibus pleriq; medico-  
rum indistinctè scripserūt auxilia, ita & in his line dictis iam à me distinctionibus  
prodiderunt simpliciter fugillatorum auxilia. At uos eorum memores quæ in li-  
bris de simplicium medicamentorum facultate didicistis, dijudicare poteritis, quæ  
dam oportere tantum discuti citra astrictionem. Porro in quibus modice astrin-  
gentium quiddam, necnon digerentium miscere conuenit, perspicuum est im-  
becilliora primum debere assumi: ualidiora autem inueteratis, & ijs quæ nigre-  
scunt admoueri. Itaque exempli gratia quibus ego utor asscribam primum, de-  
inde ad medicorum fide dignorum historiam digrediar. Vocatur autem diarho-  
don Nili, celebre iam olim collyrium, cuius etiā compositionem in præcedente  
hunc libro percensui. Hoc ex aqua super cotem ocularium conterens, fugillatum  
illino, decocto prius meliloti & foenugræci fouens: deinde mox idem collyrium  
ex eo soluo, postea ex ipso foenugræco. Si uero aliquæ reliquiæ affectus reman-  
serint, in foenugræci decocto, collyria diafmyron appellata dissoluens illino. Con-  
ducit autem bis in die medicamentum inungere, ac simul prius decoctis calidis per  
spongiam mollem fouere, in principio quidem ex utrisq; & foenugræco, & meli-  
loto; cum in ueterustatem incidit, ex solo foenugræco. Hic curationis modus ut plu-